# CLEMENTINAE, SI FVRIOSVS, DE HOMICIDIO, RELECTIO: AVTHORE Didaco Couarruuias à Leyua, Toletano, olim in Granatensi Prætorio Regio Auditore: nunc verò Episcopo Segouiensi. Ex tertia eiusdem authoris recognitione.

*Ad vtriusq; Iurisprudentiæ consultissimum Dominum Gometium Tellium Gironum, Illiberitani Prætorij Consiliarium Regium.*



SALMANTICAE.
In ædibus Dominici à Portonarijs. S. C. M. Typographi.
M. D. LXXI.

*Esta tassadoen*

# CLEMENTINAE, SI FVRIOSVS, DE HOMICIDIO, RELECTIO: AVTHORE Didaco Couarruuias à Leyua, Toletano, olim in Granatensi Prætorio Regio Auditore: nunc verò Episcopo Segouiensi. Ex tertia eiusdem authoris recognitione.

*Ad vtriusq; Iurisprudentiæ consultissimum Dominum Gometium Tellium Gironum, Illiberitani Prætorij Consiliarium Regium.*

SALMANTICAE.
In ædibus Dominici à Portonarijs. S. C. M. Typographi.
M. D. LXXI.

*Esta tassado en*

# EL REY.

POR QVANTO POR PARTE DE VOS, EL Reuerendo in Christo padre, el Doctor Couarruuias de Leyua, Obispo de Segouia, del nuestro consejo, nos ha sido hecha relaciõ que vos auiades hecho imprimir otras vezes por nuestro mãdado, y por virtud de vna nuestra cedula que para ello os auiamos dado con termino de dos años, tres libros que vos auiades compuesto. Vno q̃ se llama, de questiones practicas, y otro que es lectura sobre el capitulo. Alma mater, de sententia excõmunicationis, del libro sexto, y otro que es vna repeticion sobre la clementina, Si furiosus, de homicidio, en los quales aora nueuamente auiades añadido algunas cosas como porellos cõstaria, en que auiades tenido mucho trabajo, y el termino que os auiamos dado para los imprimir y vender se cumplia muy presto, supplicandonos vos diessemos licẽcia para que de nueuo pudiessedes imprimir y vẽder los dichos tres libros que de suso se haze mencion, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro cõsejo: por quãto en los dichos libros se hizo la diligencia que la prematica aora nueuamente hecha por nos dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta dicha nuestra cedula en la dicha razon, è yo tuue lo por bien. Por lo qual vos damos licencia y facultad para que qualquier impressor destos nuestros reynos pueda imprimir y imprima los dichos tres libros que de suso se haze mencion, sin que por ello cayga ni incurra en pena alguna, y para que por tiempo de diez años que corran y se cuenten despues de ser cumplido el termino contenido en la dicha nuestra cedula de licencia que de suso se haze mencion en adelante vos, o la persona que vuestro poder ouiere, podays imprimir y vender los dichos tres libros, y mandamos que persona alguna sin vuestra licencia durante el dicho tiempo no los pueda imprimir ni vender so pena de perder todos los libros que dellos ouiere impresso, y mas de veynte mill marauedis para la nuestra camara, y mãdamos que despues de impresso no se puedan vender ni vendan sin que primero se traygan al nuestro consejo juntamente con los originales que enel fueron vistos, que van firmados y rubricados de Domingo de çauala nuestro escriuano de camara y de los que residen en el nuestro consejo, para que se vea si la dicha impression es conforme a los originales, y tasse el precio porque se ouieren de vender cada volumen, so pena de caer y incurrir en las penas contenidas en las dichas prematicas y leyes de nuestros reynos. Y mandamos a los del nuestro consejo, presidente y oydores de las nuestras audiencias alcaldes y alguaziles de la nuestra casa y corte y chancillerias y a todos los corregidores assistentes gouernadores alcaldes mayores y ordinarios y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades villas y lugares de los nuestros reynos y señorios y a cada vno y qualquier dellos, ansi a los que aora son, como a los que seran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced que ansi vos hazemos, y cõtra el tenor y forma della no vayan ni passen ni consientan yr ni passar por alguna manera, so pena dela nuestra merced y de cien mil marauedis para la nuestra camara. Fecha en el bosque de Segouia a siete dias del mes de Septiembre de mill y quinientos y sesenta y cinco años.

YO EL REY.

Por mandado de su magestad.
Pedro de Hoyo.



# Ad Magnificentissimum, ac Iuris vtriusque Consultissimum Dominum Gometium Tellium Gironum, Caroli Cæsaris, Hispaniarum Regis, in Granatensi Prætorio Consiliarium: Didaci Couarruuias à Leyua Toletani, in eadem Curia itidem Regij Consiliarij, in Clementinæ. Si Furiosus. Commentarios Præfatio.

VLTA SVNT IN IVRE PONtificio, Admodùm Magnifice, ac Ornatissime vir, quæ à veterum prudentissimorum Iurisconsultorum responsis deducta, propter eorum argutam breuitatem, qua mirè ac perspicuè vsi fuere, atque ob Iuris ciuilis obtrusam quandoq; multisque reconditam subtilitatem, difficilimam habere videntur interpretationem, longeq; diligentissimum examen exigunt, & requirunt. Huiusmodi sunt quæ Gregorius Nonus de Iurisdictiõibus, de causa possessiõis & proprietatis, de iuribus incorporalibus, de vsucapionibus, ac de testamentis in suam illam Decretalium congeriem, maximo reipublicæ Ecclesiasticæ commodo visus est transtulisse. In his sanè interpretandis Innocentius, Ioannes Andreas, Ancharranus, & Panormitanus ipse egregiam operam hactenus præstitere, ab ipsis Iuris ciuilis constitutionibus, Senatusconsultis, Decretis, eorumq; veteribus, ac nouis Accursij, Bartoli, & aliorum glossematis multa mutuati, quibus præclaram lucem nostris attulere sanctionibus. Hos deinde & alij, veluti lampade à prioribus in decursu tradita, sequuti, non minimam, nec temerè in hoc negotio laudem adquisierunt. Quandoq; & nos in eadem palæstra lusuri certandi occasionem nacti, quædam non tanti æstimanda, sed ob animi syncerum votum non omnino contemnenda, ad eiusdem Pontificij iuris examen publicè adnotauimus. Sunt alia, fateor, in eiusdem iuris constitutionibus, quæ à sanctissimis Pontificibus, Veteribusque Ecclesiæ Catholicæ Synodis ea pietate, & zelo fuere instituta, vt potiùs quid cultui diuino, sacerdotibus tanti sacrificij ministris, ac denique animarum spiritali saluti conduxerit, quàm secularis philosophiæ plerunque vana mysteria, mente ipsa, & animo verè Christiano conceperint: in his explicandis non adeò sunt obuiæ ex ipso Dædali Labyrintho quæstiones, vt Commentariorum cumulos, nouasque absque vllo scribendi fine lucubrationes sine fastidio admittant. Eiusmodi videbitur fortasse quibusdam tractatus hic, quem olim dum Salmanticæ titulum de Homicidio, ac deinde Clementinam istam constitutionem palàm interpretarer, examinare conatus sum, multa de Sacerdotum irregularitate tradere pollicitus, quæ ipse apud plerosque aduersis quibusdam rationibus comperissem. Non enim diffiteor, rem istam nec difficilem, nec subtilem, nec admodùm ambiguam habere cognitionem, si aliquot ex nostris interpretes neglecta superficie, & omissa cute, carnem & succum ipsum interiùs spectassent. Quis enim ferat veteribus quibusdam addictus, & his, qui Summaria iuris ratione quadam

*Alphabeti non inutili ædidere, tot præter Canonum, & Ecclesiasticarum traditionum edicta, ab eisdem expositas in regularitates? cuius erroris ea est profectò causa, quòd dum neruos tendere cupiunt, in ipso actu deficientes, multa comminiscuntur, quæ nulla vnquã Pontificum authoritate fuere statuta. Ipse siquidem Marianus Socinus, vir alioqui insignis, nec vulgaris eruditionis, etiam si diligenter, & cautè hac in re veterum sententias expenderit, aliquot tamen admisit, quæ forent omninò improbanda. Qua ratione quandoque opinatus sum, non inutilem futuram breuem quãdam huiusce materiæ resolutionem, quæ præcipuas istius tractatus exponeret decisiões ab ipsis Canonibus verè ac propriè ita deductas, vt quæ fuerit ipsa decidendi ratio, lectoribus manifestum fiat, eo quidem compendio, quo possint hac de re varijs in quæstionibus, & controuersijs iure respondere, sibiq; ipsis consulere, si quando aduersus sanctorum patrum sanctionem in aliquam huiuscemodi labem inciderint, quæ ipsos tanti sacerdotij dignitate indignos efficiat. Hos igitur Commentarios prælo tradere cupiens, te primum, omnium officiorum obseruantissime Gometi, mente obuium habui, cui labores hosce dicarem, & cui vel aptè, vel confidenter literarij otij nostri possem reddere rationem. Scis etenim in tam frequenti forensium causarum examine quantũ temporis nobis ad hæc superesse possit, præsertim te huius magistratus & muneris collega, qui pulcherrimam vitæ tuæ partem esse duxeris negotia passim agere publica, cognoscere, iudicare, promere, & exercere iustitiam, vt tandem qui te præeuntem sequi velimus: cogit equidem & nos reipublicæ institutum, minimè in his, quæ litium definitionem non attinent, feriari possimus. Habes profectò quem imiteris, integerrimum sanè Fernandum Gironum patrem tuum de Hispaniarum Rege, & republica ita bene meritum, vt quinquaginta annis Regij Consiliarij officio fu· ctus apud Reges inclytos & Catholicos Fernandum & Elisabeth, eorumq; nepotem inuictissimum Carolum Quintum, maximum fuerit rei bene gestæ nomen adeptus: cuius causa non possum tibi & illi non vehemẽter gratulari. Hoc ergo munusculum qua vti solitus es beneuolentia suscipias obsecro: quandoquidem tuæ humanitatis vis huc me non inuitum omninò adegerit, vt nihil non audiendum putauerim, quo tuo propenso in me animo aliqua ex parte respondere: nec enim mihi alia ratione id testari licet, quod apud te impensissimè cupiam testatissimum facere. Quòd si in nobis facultatem desideres, certo scio voluntatem ipsam pro tuo egregio animi candore probabis. Vale. Ex hac inclyta Granata, Mense Februario.*

*Anno Domini M. D. LIIII.*



# In Clementis Quinti constitutionem: Si furiosus. Rubri. de Homicidio. Didaci Couarruuias à Leyua Regij Consiliarij Relectio.

QVANTA fuerit apud veteres, qui miserè sunt falso deorum cultu obcæcati, religionis cura: longa oratione exponere necesse nõ est: cùm id testatissimum faciant tot ad sacrificia instituti publici magistratus: tot munera eisdẽ indicta: tot ad ea obeũda maximo cum examine selecti viri, quibus & sacerdotij sacrosancti titulus, ac pontificia veneranda dignitas non secùs adscripta fuêre, quàm si de vero Deo colendo ageretur: vt vel hinc facillimum sit, apud quoscunq; tanti fuisse religionẽ, & sacerdotium expẽdere, quod præcipui publici muneris fuerit, sacrarum rerum curam gerere. Nam & religioni summũ imperium cessisse autor est Valerius Maximus, quilibr. primo commemorat, Posthumium Consulem, eũdemq; Flaminem Martialem à Metello Pontifice Maximo prohibitum, nè ceremonijs Martis desertis in Africam ad bellum gerendũ proficisceretur. Quin & Reges ipsi sacris initiati, diuinam, simul & humanam curam gerebãt: quasi principibus prima debeat esse religionis cura. Sic & lege lata Romulus sanxit, ex ipsa patritiorum nobilitate creandos fore, qui Romæ sacris operarẽtur, authore Dionysio lib. 2. magnam equidem sacrorum curam gessisse Romulus videtur, quippe qui existimauerit præcipuè suam ciuitatem his contineri. Etenim Cicero libro. 3. de natura Deorum scribit, Romulum auspicijs, Numam sacris constitutis fundamenta iecisse Romanæ ciuitatis. Plato lib. de Regno: apud Aegyptios, inquit, non licet Regem absque sacerdotio imperare. Quin imò si ex alio genere quispiam vi regnum vsurpet, cogitur post regni adsumptionem sacris initiari, vt rex denique sit, & sacerdos. Hoc in loco apud Platonem

lector comperiet, maximam apud Ethnicos sacerdotũ fuisse dignitatem, quæ magnanimitate, intelligentia, & claritate abundat propter eorum, quæ tractat, magnificentiam. Sacerdotum item meminit Aristoteles in.6.Politi.lib.cap.vlti. & itidem lib.7.cap.9.hos esse in qualibet Republica cõstituendos, ex veteri probans instituto: nec tamen quo suis homines, sed eos, qui ad honorem dijs exhibendum idonei esse censeantur. Apud Athenienses prima erat autoritate sacrorum nomine βασιλεύς, id est Rex, qui cum ludorũ curatoribus Cereri, & Baccho sacra fieri pro moris vsu curaret: cui sanè munus hoc demandatũ erat, vt præesset sacris Eleusinijs, Lenæis, & his, quæ ad lampada fiebant. Romani Athenienses imitati post constitutum à Numa maximum Pontificẽ, exactis regibus & regem sacrificulum instituerunt pontifici maximo subditũ, vt is publica obiret sacra, quæ per ipsos reges moris fuerat factitari: authore Liuio lib.2.primæ Decadis. Gentiles igitur sic suum sacerdotium venerati sunt, vt reges, & imperatores sceptra desererent, & sacerdotio fungerentur. In lege veteri sacerdotiũ solis Aaron filijs concessum esse manifestum est. Et hi quidem sacerdotes oleo, sicuti Reges vngebantur. cap. vnico. in princi. & §.1. de sacra vnctione. Cyprianus in libr. de vnctione chrismatis. Hoc oleo, inquit, antiquitùs sacrabantur sacerdotes: & reges, & ipsi altarium lapides delibuti spiritalem intelligi volebant mysterijs esse pinguedinẽ. Hæc Cyprianus. nec tamẽ hoc in loco multa de veteris legis sacerdotio tractabimus: cùm id iam translatũ in aliud multò excellentius sit, quo in lege Euangelica vtimur. Quòd si apud Gentiles idolorum cultores, & in illa vmbratica figura veteri, maxima in veneratione fuêre sacrorũ ministri & sacerdotes: longè maior ratio est, apud Christianæ legis professores eam dignitatẽ multis nominibus pluris, quàm vsquam fuerit, æstimandã fore. Siquidem ea non ad taurorum hostias, hircorum, & vitulorũ sacrificia, sed ad pretiosissimi corporis, & sanguinis Dñi nostri Iesu Christi hostiã & sacrificium pertineat, & instituta sit. Quam excellentiã sancti & catholici viri respicientes, nostri sacerdotij dignitatem multis



multis præ illo veteri efferunt encomijs. Nam & D. Chrysostomus sex hac de rescriptis dialogis tam disertè, tamque orationis vbertate dignitatem istam extollit, vt vel hac in parte aureo facundus ore videri possit. His præclara Gregorij Nazanzeni carmina sunt omninò adijcienda, dum is inquit.

*O sacrificia mittentes incruenta sacerdotes.*
*O animarum custodes gloriosi.*
*O magni figmentum Dei vestris in manibus ferentes.*

Meritò quidẽ sacri canones non omnes passim ad dignitatem hanc, nec ad eius ministeriũ, nec ad alios ei subseruientes ordines absq; delectu admisere: imò ab eisdem institutũ est non solùm ab hoc ordine repellendos esse, qui moribus iacturam aliquã fecerint, sed & eos, qui eorũ culpa, etiã per pœnitentiã remissa, vel sine culpa labem aliquã corporis, aut animi contraxerint, notarive aliquo defectu possint. qua ratione ab initio catholicæ ecclesiæ ad exemplum veteris legis actum est in ipsis Apostolicis sanctionibus de irregularitatis initio, quod est ad amussim obseruandum, quoties tractabitur de ordinibus ecclesiasticis conferendis, aut semel iam collatis exequẽdis. Quã equidem materiã scio plerosq; ex veteribus, & iunioribus diligenter tractauisse: nos tamẽ, vt operam nostrã hac in parte publicæ vtilitati præstaremus, eandẽ repetere decreuimus, sicuti & olim Salmanticæ fecimus ordinaria lectione cõstitutionẽ, Si furiosus de homicid. eiusque intellectũ examinantes. In tres verò partes tractatum istum diuidere libuit, quò distinctior sit cuiusq; quæstionis locus. Prima enim parte de irregularitate generaliter agemus, aliquot eius species explicantes. Secunda, irregularitatẽ ex homicidio voluntario, vel casuali inductã ita exponemus, vt deinde Tertia huius operis parte idẽ prosequuti multa de homicidio necessario tradentes, constitutionem hanc Clementis Quinti sub hoc titulo de homicidio, interpretemur. Illud profectò sedulò prestabimus, ꝓ post tot veterum, & iuniorum cõmentarios quacunq; in quæstione minimè sit hic noster labor ea ex causa reijciendus, quia sinuosis argumẽtationum cumulis, varijsq; ac sepissimè inutilibus rationibus decisionem ipsam prosequatur.

# Ex Primæ Partis Initio.

1 *Irregularitas definitio: & vnde sic dicta fuerit.*
2 *Irregularitas iure tantùm humano Pontificio statuta est.*
3 *intellectus cap.is qui.de sentent.excom.in 6.& cap.ad audientiam.de homicid.*
4 *Irregularitas mentalis, an possit cõtingere*
5 *Corpore vitiatus, quando sit irregularis?*
6 *Eunuchi, an sint irregulares: & quid de his, qui sibi virilia abscíderunt?*
7 *Quis possit dispensare cũ corpore vitiatis*
8 *Rebaptizatus irregularis est, & quid decõfirmationis sacramento.*
9 *Expositus, an sit promouẽdus ad sacros ordines?*
10 *Pœnitentia solennis efficit quem irregularem.*

# Prima Pars.

Rregularitas, hac enim dictione sæpissimè vsuri sumus, variè à nostris definitur: frequentior tamen eius definitio hunc in modum exponitur: Irregularitas est canonicum impedimentum, ex facto, seu defectu proueniens, quo quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri, & in eisdem
1 ministrare. Hanc definitionem ex multis adnotauimus: præ cæteris ex Specul.titul. de legato. §. iuxta. Archidi. Ioan. Andre. & Doctor. in ca. 1. de re iud. in. 6. Hostien. in cap. 2. de cleri. excom. Consalo à Villadiego de irregularita. in princi. Sylueſtro, verbo, irregularitas. Nicolao Plouio in tract. de irregularit. in princi. Alberto Trotio de vero, & perfect. clerico. lib. 2. cap. 20. Multa quidem sunt iure canonico inducta impedimenta, quæ ad irregularitatem non pertinent: quia minimè impediunt ordinis ecclesiastici susceptionem, nec eius iam suscepti exequutionẽ. atq; ideo loco generis in hac definitione, canonicum impedimentum traditur. cætera verò ad differẽtiam spectant: quæ apertissimè cõstabit ex his, quæ longiùs inferiùs sunt omninò pertractanda. Est tamẽ text. optimus in capi. significasti. in. 1. de homi. irregularitas siquidem impedit quem à susceptione ordinis ecclesiastici: & quandoq; à iam suscepti vsu: sicuti euidentiùs deinde apparebit. Quamobrem posset ita definiri: Irregularitas vitium est, cuius causa iure humano Pontificio prohibetur quis ordinẽ ecclesiasticum suscipere, & in suscepto ministrare. Nec tamen hinc sequitur, irregularitatem semper pœnã esse propriè: etenim cùm propria pœna culpam præmittat, secũdùm Augustinum lib. 1. retract. ca. 9. Gersonem lectione. 1. de vita spirituali animæ. Thomam. 1. 2. q. 87. artic. 1. l. sancimus. C. de pœnis. cap. 2. de constitu. ca. quæ fiuit. de his, quæ fiunt à maiori par. cap. constat planè, sæpissimè irregularitatem pœnam propriè non esse, nec dici posse: quia frequentissimè contingit absque ipsius irregularis culpa: quod ex hac in relectione explicandis erit notissimum. Dicitur autem irregularitas ex eo, quòd regulare illud dicatur, quod secundùm regulam fit. l. regulariter. ff. de peti. hære. Regula verò iuris Pontificij pertinens ad ecclesiasticos ordines, omnes admittit, qui non fuerint speciali constitutione prohibiti. igitur qui prohibentur, extra regulam sunt, & irregulares appellãtur, ipsumq; impedimentum irregularitas. cap. 1. de re iudi. capit. 1. de senten. excom. in. 6. sicut regularis dicetur, qui secundùm regulam in sortem ministrorum spiritualium fuerit adsumptus. Diuus Augustinus lib. 3. de Ciuit. Dei, cap. 15. regularis, inquit, solis defectio non nisi lunæ fine contingit. Fuit etenim olim ab Apostolis, & sanctis patribus regula constituta de his, qui admittendi erant ad sacrorum ministeria: & ea in specie quosdam abeo ordine prohibuit. 1. ad Timoth. cap. 3. & qui ex prohibitis admittebantur, dicebãtur sacris initiati contra regulam. capit quoniam. 48. distin. ex cap. 2. concilij Nicœni. idem Gratianus probat in cap. vnum orarium. 25. dist. Sic & Dominicus Nanus in sua Polyanthea, irregularitatẽ Græcè dici existimat ἄκανονικίαν. Nam κάνων regulam Latinè significat. l. 2. ff. de legib. glos. in rub. de regulis iur. in. 6. Isidorus libr. 6. Etymolog. cap. 16. Canon, inquit, Græcè, Latinè regula nuncupatur. capit. 13. distin. vnde canonici olim primùm hi nũcupati sunt, qui in communi vitam agentes, intra domum publicam, aut ecclesiam collegium ecclesiasticum diuini cultus gratia constituebant, communem habentes mensam, regulamq; diui Augustini exactissimè seruantes. Hic etenim vsus adhuc in aliquot ecclesijs sedem habẽtibus episcopalem obtinet: in alijs verò ecclesijs communem vitam omittentes, nomen simplex canonicorũ retinent: atq; ideo iure Pontificio, vt ab his priores distinguantur, dicuntur illi canonici regulares. cap. quod Dei timorem. ca. in singulis. §. hoc ipsum. de stat. monacho. & canonicorum regularium. Quo rationis discrimine minimè perpẽso Ludouicus Viues in adnotationibus ad diuum Augustinum in dict. cap. 15. canonicos regulares nominis ambitiosi accusare videtur: quasi bis hoc vocari gaudeant nomine, nè non semel putentur regulares: cùm idem canonici, & regulares significet: & tamen hac nota omninò liberi existimandi sunt: quia ius ipsum Põtificium nomina hęc distinctè induxerit. Canonicas fœminas apud diuũ Chrysostomum legimus in eo sermone, quo scribit, & docet, non decere canonicas, id est regulares, vt cum viris cohabitent.

¶ Ex hac ipsa definitione constat, irregularitatem iure tantùm huma
2 no Pontificio statutam esse. Quod expressim adnotarunt Innocent. col. 3. Antoni. nume. 19. & ibi doct. in

in cap.nisi cùm pridem. de renum. idem Innocen. in capit. ad audientiam:de homici.vbi doct. quorum opinionem communem esse fatentur eam sequuti Sylvester verb.irregularitas.in fine: Gonsalus à Villadiego de irregulari.in princ. eãdem sequuntur Imola & Docto. in hac Clem.si furiosus.Florent.3.part.tit. 28.capit.2.§.6.Palud. in.4. Sent. dist. 25. q.3. ad finem. cui opinioni non obstarunt plura,quæ in contrarium ex veteri testamento, & canonibus Apostolorum,atq; ex eorũ epistolis adduci poterant:siquidem Apostolorum canones,& decreta, iuris humani sunt. Vetus verò lex per Christianam,& euãgelicam legem fuit abrogata.qua ratiõe hoc sit cõstitutissimum,irregularitatem non esse iure diuino, sed humano institutam,idé probare in specie cuiusslibet irregularitatis diligenter conabimur:& probat Speculat.titul. de legat.§.iuxta. quidquid ex aduerso disputet Marian.Socin.in dict.cap. ad audientiam.q.3.principali.

Hinc & illud apertissimi iuris est, irregularitatẽ nullo in casu esse constituendam,nisi in iure pontificio id fuerit expressum.text. celebris in cap.is qui.de senten.excomm.in.6. quem Doct.ibi maximè commendarunt,præsertim Francus, dicens eum singularem esse idem Francus in cap.dilectis.col.4. de appellatio. Bertachinus in tracta.de episcopo. cap.vlt.num.8. Nam cùm hoc vitium sit iure tantùm humano Pontificio inductum:consequitur manifestè,nusquàm id contingere, nisi expressim sit eodem iure definitum.

Nihilominùs aduersus illationẽ istam solet obiici responsio text. in dict.cap.ad audientiam. de homic. vbi constat,in dubio an quis sit irregularis,iudicandum esse, ac censendũ, quòd is irregularis sit : quia hoc sit iudiciũ tutius. text. ad idem optimus in capi.significasti.in.1. & apertior in cap.significasti.in.2.versic.quòd si discerni.eod titu.igitur non ita certum est,non esse quem censendum irregularem nisi casus is satis fuerit iure pontificio decisus.Sed huic obiectioni Ioann. Andre.Cardi.Abba.Anania, & Socin. num.46.in dict. ca.ad audientiam. respondere conantur distinguẽtes inter forum interius conscietiæ,& exterius iudiciale , vt in priori casu hoc in dubio teneatur quis à diuinis abstinere,& seipsum censere irregularem.ca.illud.de cler.excomm. mini.in posteriori iudex non possit ipsum irregularem per sententiam pronuntiare , nec definire. Sic etenim text. in dict.capit.ad adientiam.& similes procedunt in conscientiæ iudicio : non in foro iudiciali.Hæc verò differentia nequaq; est admittenda:cùm & decisio tex. in dict.cap.is qui in animæ , & conscientiæ foro itidem obtineat. Et præterea quod responsum est in dict. capi. ad audientiam. & similibus,ad forum exterius , & iudiciale pertinet:sicuti deducitur ex ipsis constitutionibus. Sed & Innocen. in dict.cap.ad audientiam. indistinctè asseuerat,in dubio non esse quẽ censendum irregularem, quia iure humano est irregularitas inducta. quæ quidem ratio ita militat in foro conscientiæ, vt in iudiciali:imò fortius obtinet apud interiorẽ animæ iudicem.quã obrem communem differentiam eleganter improbat Martinus Azpilcueta in capit.si quis autem.de pœnit.distin.7.num 35. idcircò ipse aliter opinor posse intelligi text.in dict.capit.is qui. & in dict.cap.ad audiẽtiam.Nam vbi sit dubium,an in aliqua specie sit inducta irregularitas iure pontificio, tunc respondendum erit, non esse irregularitatem constituẽdam in eo casu,nisi expressum id fuerit iure canonico.At vbi simus certi,iure irregularitatem induci certo in casu: & tamen ambiguum sit , an Sempronius irregularis sit ex illius causæ ratione,& an id vitium propter eam causam cõtraxerit,vt planè nõ de iure,sed de facto dubitemus, tutior erit in vtroq; foro eligenda via eritq; Sẽpronius irregularis censendus & iudicandus ad hunc effectũ quòd absq; dispensatione minimè diuinum officium exequatur.hanc autem interpretationẽ deduci posse censeo à præcitatis respõsis:nempè ex dict.cap.ad audientiam.capi. significasti.in.1.& capi. significasti. in.2.de homicid.imò quoties ea cõtigerint,quæ in dictis Decretalibus traduntur,erunt omninò seruãdæ earum decisiones adhuc in iudiciali, & exteriori foro : siue forum sit exteri⁹ simplex iudicio cœpto per accusationem, aut denũtiationem quod est verè contentiosum : siue mixtum exteriori absque accusatore,& denuntiatore:licèt Felin.in dicto capit.ad audientiam , velit eam constitutionem , & similes in hoc vltimo tantùm seruandas fore.idcircò præfata Romanorum Pontificum responsa erunt ad vnguem memoriæ commendanda,nè quis falsa eorum interpretatione deceptus,ab optimis institutis temerèdi scedat.

¶Rursus ab eadem definitione constat , qualiter accipiendum sit quod plerunque in Apostolicis indulgentiarum literis continetur:scilicet , posse priuilegiorum ratione sacerdotem ad sacramentalem electum confessionem absoluere pœnitentem ab irregularitate mentali, & super ea dispensare. Ego planè fateor,me non satis percipere , quæ sit hæc mentis irregularitas , aut denique mentalis. Scio equidem, non posse irregularitatem mentem tãtùm contrahi absq; actu exteriori:quod nõ semel in hac Relectione probabimus : præsertim ea ratione,quòd lex humana adhuc pontificia quæ lis est quę irregularitatem induxit minimè afficiat actum purè interiorem mentis : quemadmodũ ostendimus in regul. peccatum.de regul.iur.in.6. 2. Relectionis parte: num.

nume.7.Igitur qui mente homicida sit, quique animo deliberato alicuius occisionem conceperit, non erit irregularis censendus: cùm lex pontificia irregularitatem ex homicidio statuens non comprehendat actum homicidij, mentis equidem interiorem, sed exteriorem. Fit ergo, non posse commodè, aut propriè dari mentis, aut mentalem irregularitatem. Et inde consequitur, verba priuilegiorum, que de mentis irregularitate tractauere, accipiẽda esse de illa irregularitate, quæ licèt ab actu exteriori procedat, occulta tamen est. De hac etenim inferiùs agemus, an exigat necessario dispensationem.

¶Prima tandem irregularitas à corporis vitio, & labe deducenda est: siquidem corpore vitiatus iure pontificio censetur irregularis, ita
5 vt non possit ad sacros promouerì ordines, nec promotus in eisdem ministrare. Nam & leuiti. ca.21. dixit Dominus ad Moysen: Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron Sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo. Et paulò antè dixerat: Loquere ad Aaron, Homo de semine tuo per familias suas qui habuerit maculam, non offeret Deo suo, nec accedet ad ministerium eius: si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiẽ, si impetiginem in corpore, vel herniosus. Hactenùs apud Leuiticum. Apud ethnicos idem obseruabatur: siquidẽ authore Plinio lib.7.naturalis historiæ.capit.28. Sergius in prætura à sacris arcebatur eò, quod debilis esset. Seneca li. 4.declamationum, declamatione.2. itidẽ præmittit, apud Gentiles eam legem obtinuisse: Sacerdos integer sit. quasi dicens vbique gentium esse visum fuerit, quòd sacerdotes, sacrorumque ministri corpore sint integri, nullam maculam habentes, quique nulla possint corporis fœditate notari. idque obtinuit olim apud Romanos ab ætate Romuli, qui sacerdotes elegit genere excellentes, simul & virtute præstantes, nec tamen inopes, aut corpore vlla ex parte trunco: vt testatur Dionysius lib 2.Romanar.antiquit. idem & apud Persas vsu receptũ fuisse tradit Alexan.ab Alexã.lib.6. dier. geniali. ca. 14. Hac verò in re duas regulas constituendas esse censeo.

Prior regula. Corporis vitium impedit quem sacris ordinibus donari, cùm id vel impedimentum præstat ordinis exequutioni, vel insignem inducat deformitatem. text. in dict. ca.21. Leuiciti. Cuius seriem egregiè morali quadam interpretatione prosequitur diuus Gregorius cap.11. primæ partis Pastoralis. capi. hic etenim. 49. distin. probatur & ist hæc regula in cap.2. & toto titu. de corpore vitiatis. cap.2. & ibi Panor. de clerico ægrot. notant præter alios Albert. Trotius de vero, & perfe-



perfecto clerico. libr.2.capi.16. Hosti. in Summa, tit. de corpore vitia. Richardus in.4.sentent.dist.25. q.5. arti. 5. & Paluda. ibi. qõ.3. ad finem. Gonsalus à Villadiego in tracta. de irregularita. cap. de corpore vitia. idem constat ex Innocẽ. Cardi. & doct. in cap.1. &.2. de corpore vitiat. Henric. in capit. Thomas. eod. titul. Regia. l. 25. titu.6. part.1. quæ verò sit deformitas insignis, arbitrio episcopi relinquitur: cap.2. & ibi Anto. Cardi. & alij de corpo. vitia. quod receptissimum est apud omnes, qui quæstionem istam tractauere. Est ad hanc regulam optimus tex. in cap. si euangelica.55. dist. aliquot tamen ad eius apertiorem intellectum exponam. Primùm etenim hæc regula vera est quo ad ordines suscipiendos: quia quo ad susceptos tantùm inducitur irregularitas in illo actu ordinis, qui vel ob insignem deformitatem, vel defectum impeditur vitio corporis. quod colligitur ex tex. & ibi Abb. in dict. capitu.2. de cleri. ægrot. notant Maria. Socin. in dict. capi. ad audientiam. num.21. Gonsalus à Villadiego in dict. tracta. de irregularit. capit. de corpore vitia. qua ratione qui patitur vitium corporis celebrationem impediens: nempe in his digitis, qui ad consecrationem, & eleuationẽ Hostiæ sunt maximè necessarij, solũ abstinebit à celebratione Missarũ, non autem à diaconatus, aut subdiaconatus ministerio. item & is, qui ob deformitatem insignẽ ab altari arcẽdus est, nõ impeditur absolutionis sacramentum ministrare. qua in re video ferè oẽs cõuenire in præcitatis locis. Secundò illud est adnotandũ, q̃ si contingat aliquẽ inutilem esse membro, quod nõ cõstituat eum irregularem eius defectu, minimè tenetur illud membrum abscissum, nec eius partẽ secùm deferre: id enim necessariũ non est, nec quidquã prodesset, si ex illius mẽbri abscissione cõtigisset irregularitas. glos. in.c. eunuchus.55. distin. Panorm. in.c.2. Henr. in.c. vlt. de corpore vitiat. Gonsalus à Villadiego in dict. cap. de corpore vitia. Alber. Trotius in dict. cap.16. nu.8.

Posterior erit regula. Si quis membrum sibi culpa propria absciderit, irregularis est, etiam si ea abscissio nec impediat ministerium ordinis, nec insignem deformitatẽ inducat. hæc cõclusio ad eos præcipuè pertinet, qui propria voluntate pudenda vltrò sibi execuerũt. c. pœnitentes.55. d. c. si quis absciderit. & c. qui partẽ. ea. dist. ex canonibus Apostolorũ. c.
6 22. c. maritum.33. d. c. vlt.87. d. Est autem deductum, quod in dic. c. maritum. Gratianus refert, ex Augustino in lib. de dogmatibus eccles. cap. 72. c. ex parte. & capit. significauit. de corpore vitiatis. Regia. l.25. titul.6. parti.1. item & hi sub hac regula continentur, qui ab alijs passi sunt abscissionem istam culpa tamẽn sua, ex eo nempe, quòd ob adulterium, adulteræ maritus vlciscens grauem iniuriam virilia eis amputauerit: secundùm Ioan. Andre. & Cle. si Fu.

Hostiens.in dict. cap.ex parte Gonsalum à Villadiego in dict.capit. de corpore vitiat.colũ.2. Anno etenim Millesimo Quingentesimo trigesimoseptimo propè Pinciam filius viduæ cuiusdam, & duo mariti in tres sacerdotes sæuierũt de inimicis mẽbris se vindicantes: quod & nos audiuimus,& acta super his confecta vidisse testis est integerrim⁹ Ioã. Bernard. Præsul Calagurienſis in pract.criminali.cap.79.sed & regulam istam omnes hi Doctores probant, & veram esse censent, qui ad priorem fuere citati: nec dubium est,eam communi omnium cõsensu receptam esse. Attamen Hostien. Card.& Anto.in dic.capi. vlti.quos sequitur Gonsalus in dicto capi. de corpore vitiat. censent eam esse intelligendam quoties culpa ipsius sacris ordinibus donandi notoria est: quasi aliud dicendum sit vbi culpa eius in abscissione alicuius membri non sit notoria,vt tunc possit ad ordines promoueri,& in susceptis ministrare: quam sententiam, & opinionem communem esse fatetur Gonsalus in dicto capitul. de corpore viti.de ea sanè dubius: nec ipse eam admitterem,nisi saltem episcopi dispensatio accesserit, vbi contigerit totius membri abscissio: nam si partem membri quis sibi amputauerit, tunc locus erit opinioni Hostien. qui planè hac in specie loquitur:sicuti constat ex eodem. & Anto.Cardinale,& Aegidio à Bellamera in dicto capit. vlti. eodem Aegidio in capitu.ex parte.in.1.eod.tit.colum. vltima. Quòd si quis non sua sponte, sed vel à medicis, casu, aut per vim, & insidias hostium, vel puer in cunabulis sectus fuerit, & virilia,aliúdve membrum amiserit, promoueri poterit, & promotus, iam,cum is casus acciderit, in ordinibus susceptis ministrare.ca.ex parte. cap.significauit.ca.ex parte.2. de corpore vitiat.c.eunuchus.55.d.ca. 21. ex canonibus apostolorũ.c. si quis pro ægritudine.c.si quis in infirmitate. cap.lator.55.distin.& licèt Gratianus Martino Papæ tribuat tex. in dict.c. si quis pro ægritudine.iam nos non semel admonuimus eam inscriptionem,& similes falsas esse, cum referendæ sint ad Martinũ Bracharẽsem episcopũ ex Synodis oriẽtalibus. est & ad hoc ipsum tex.ex cõcilio Nicẽno c.1.in ca. si quis à medicis.55.dist.

Quòd autem aduersus posteriorem istã regulam obiecit glo.in dic. capit. si quis abscideriit. de Origene, qui authore Eusebio libr. 5. Ecclesi. historiæ capitu.6. cùm docendi officio apud Alexandriam præesset, sibi virilia execuerit: existimans secundùm Historiam & literam esse intelligendum Dominicum verbũ Matthæi capit. 19. qui sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum Dei:parũ oberit huic opinioni, quã modò probauimus, multis equidẽ rationibus.Potissimũ,quòd nulla ex causa,etiam castitatis, licuit vsquàm: nec licet, etiam religionis ergo sibiipsi quenquam manus iniscere violentas ad occisionem, aut membri mutilationem, quemadmodum nos probauimus lib.1.Varia.resolut.cap.2.num.8.& libr.2.ca. 1.num.11.capit.si non licet.23.q.5.omnium latissimè Andre.Tiraquel. in tract.de nobilitate.capi.31.num.475. & num.520.est ad hanc rem pulchra Aristotelis sententia libr.3. Ethi. ca. 7.Mortem,inquit, sibi cõscisscere ob fugiẽdam paupertatem,vel mœrorem,aliúdve huius generis, non fortis est hominis, sed potiùs timidi. hoc ipsum & iurisconsulti reprehẽdunt in.l.qui rei.§.sic autem distinguendum.ff.de bonis eorum, qui sibi mort.cõsciuerũt.l. si quis filio. §.eius qui.ff.de inoffic.testa.quibus satis compertum est, illicitum esse sibi quenquam manus iniscere violentas:nec id fieri posse absq; culpa, & plerunq; mortali, licèt fiat prætextu religionis: cùm sit grauis, & supina ignorantia,quòd quis existimet,se per eos actus obsequiũ præstare Deo,cuius leges, & præcepta manifestè transgreditur. Secundò in specie probatur, hanc abscissionẽ grauissimũ esse crimen,ex eo quòd & leges ciuiles homicidij pœna censeant puniendum esse eum,qui alteri virilia amputauerit. l.3. §. qui hominem. &. l.4. §. idem diuus. ff. de Sicariis.l.1.&.2. C. de eunuchis. l.13. tit.8 part.7. eademq; pœna afficitur qui se castrandum præbuerit, aut cõsensum huic abscissioni præstiterit:dict.l.4.ad finem. Igitur non potuit,nec potest actus is adeò reprobus licere,etiã castitatis, aut religionis causa. Tertiò vlteriùs idem euidentius fit ex canonibus Apostolorũ cap.22.c.si quis abscideriit.55.dist. Quo in loco qui sibi virilia abscideriit, appellatur suiipsius homicida. saltem vel ea ratione, quia maximũ mortis periculum imminеat. quod & Iustinianus asseuerat constitutione Nouella.142.titu. de his, qui eunuchos faciunt. qua ratione fit, vt non possit actus iste religionis causa licitus esse. Quartò hoc ipsum apparet, quia minimè pertinet ad veram, & propriam castitatẽ quòd quis sibi abscideriit virilia: imò id est,& si ea causa fiat, improbãdum authoritate concilij Arelatensis secundi.c.7.&.c. hi qui se carnali.55. distinct. quo in loco vt ignaui, & nesciẽtes carnis tẽtationi resistere,reprehendũtur hi,qui seipsos abscideriint.Quintò veritas euãgelica eũ sensum habet, vt planè potiùs hæc abscissio vitio quàm virtuti tribuatur. est etenim loc⁹ ille intelligẽd⁹ ĩ hũc sensum, quòd hi dicãtur seipsos castrare propter regnũ cœlorũ, q̃ pio proposito ab vxore ducẽda se continuerint:ita quidẽ eunuchi,quos euãgeliũ laudat,nõ sunt hi, qui natura spadones sunt, nec ab hominibus execti,nec illi q amputato corporis mẽbro seipsos execuerint. Nam hi plerunq; eo proposito sunt,vt cõiuges,si possent,haberent: sed verè illi censentur, qui seipsos castrarunt propter regnũ cœlorũ deuicto affectu rei vxoriæ,quasi illi, qui à coniugio

gio abstinuerint, vt deuitēt præsentē necessitatē molestiarum coniugalium, in regno cœlorum nō sit ampliùs quidquā cæteris habituri: sicuti eleganter euangelij locū explicarunt Diuus Augustin⁹ lib. vnico de sancta virginitate. c. 23. & 24. & Basilius Magnus in lib. vnico de virginitate. qui cæteris lōgius huius euangelici verbi interpretationem exponit: eius aliquot hic subijciā verba. Sunt enim, eunuchi inquit, qui ex vtero matris sic nati sunt, qui naturæ prærogatiua, eò quòd ad coitum irritat, execti nuptias contemnunt. Et sunt eunuchi, qui eunuchi facti sunt ab hominibus, per doctrinam & obseruationē virginitatē exercere persuasi: quemadmodū sanè & virgo, quæ à patre seruatur: de quo dictū est. Qui verò decreuit in corde suo vt seruet virginē suā, bene faciet. Et sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnū cœlorū: qui etiam præstantiores alijs existūt propterea quòd nec ex natura viaticū, & occasionē ad temperātiam habētes, nec ab hominib⁹ seruati, ac detēti, ipsi seipsos propter regnum cœlorū ad virginitatē exercent, nuptias quidē, & vitā propter has contemnētes: in totū verò de regno cū gladiatorio sudore pendētes. Nam qui ex vtero matris eunuch⁹ est, natura castus existens, nullū propriū opus in virginitatis pulchritudine ostendere potest naturæ velut dixi, prærogatiua, & nō affectu erga virginitatē nuptias auersat⁹: quēadmodū sanè, & qui ab hominib⁹ eunuchus factus est, obseruatione virginitatē exercere coactus: nō propriū rectè factū ipsam virginitatis integritatē ostēdit, sed eorū, qui ipsum custodiūt, ac seruāt qui verò seipsū castrauit, præcipuū opus per cōtinētiā, & ad omnia exercitationē, virginitatis pulchritudinem faciens, proprijs, & non alienis virtutibus ob regnum se iactat. hæc Basilius, qui paulò inferiùs euangelicam castrationē mysticā esse asseuerās scribit. Qui verò nō intellexerunt hoc, vt sunt eunuchi, qui seipsos castrauerūt propter regnū cœlorū, absurdè seipsos mutilarūt ipso facto petulātiā suam eminus accusantes. qui enim carnalis amoris instrumētum, vt nè dū præsens est operetur, abiecerūt manifestos seipsos faciūt, quòd gliscūt quidē ad coitū: verū cū seipsos exarmarūt nō quòd velint, sed quòd non possint, virginitatē agūt. At diuina lex nō actionem sed cogitationē iudicat. Hæc diui Basilij verba manifestè ostendūt nec lege naturali, nec diuina vnquā licuisse quenquam seipsum mutilare, etiam castigatis causa: id circo vlteriùs deducitur, iustissimè sacris Canonibus institutum esse, vt is à Sacris repellatur ordinibus. Hæc ipsa virilium abscissio à seipso illata turpis apud Gentiles censebatur: siquidem author est Valerius Maximus libr. septimo. cap. septimo, Mamercū Aemyliū cōsulē, Genutiū quendā hæreditatis possessionem





nem ex testamento petentē à tribunali abiecisse, eiq; bonorum possessionem secundum tabulas petitam negasse, quod ipse Genuti⁹, vt esset Gallus Matris magnæ, amputatis suiipsius sponte genitalibus corporis partibus, neq; virorū, nec mulierū numero haberi deberet: olim tamen aliquot Eunuchi strenuè pro republica operā impendentes, magnis, & insignibus dignitatib⁹ ornati fuere. Narses enim Iustiniani dux spado fuit, & is Gothos Italia expulit. Eutherius item, teste Ammiano Marcellino lib. 16. cubiculo Cōstātij Cæsaris præpositi⁹ inter alios spadones, vt rosa inter vepres, maximi exēpli fuit. est & aliorum mentio apud Andre. Alciat. in l. spadonum. ff. de verb. sign. cui adde. l. qui cum vno. in princip. ff. de re milit. l. Pomponius. & l. sequen. ff. de ædilit. edict. l. secundam. ff. de adoptionib. Constantinum Harmenop. libr. 2. epitomes, titul. 8. eundem Alciat. lib. 7. Parerg. capi. 32. Ludoui. Cœlium libr. 2. lect. antiq. capi. 37. Antoni. Augusti. libr. 3. emendatio. capit. 5. penes quos multa de eunuchis lector comperiet. ex quibus illud erit satis, quòd iuxta canonicas Sanctiones qui se ipsum castrauerit, irregularis est, nec poterit promoueri, nec promotus ad sacros ordines ministrare.

Sed & olim Moyses Deuteronomij ca. 23. iussit, vt eunuchus, & cui sunt excisa virilia, nō ingrederetur ecclesiā quasi hic vt interpretat⁹ Clemēs Alex. in adhortatorio ad gētes, morib⁹ impius cēseret, diuina virtute, & genitali priuatus. his adde & q̄ Philō Hebræ⁹ hac de re in lib. de migratione Abrahā scribit. tradit verò Socrates eccles. hist. auctor. lib. 4. ca. 23. Ammoniū monachū in Episcopū electū, vt id mun⁹ recusaret, corporis deformitate, dextrā sibi auriculā abscidisse: cūq; Euagrius vir sctitate, & doctrina ēsignis à Theophilo Alexādriæ Episcopo electus in epicopū nullā sui corporis partem abscindēs itidē Episcopatū effugisset, ac ioco Ammonio exprobraret voluntariā auriculæ abscissionē: quasi crimini apud Deū foret obnoxius: Ammoniū ei rēspōdisse cōmemorat, tu verò Euagrii ignoras, te pœnā apud Deū daturū, q̄ linguā tibi abscideris propter tui amorē? grā tibi data minimè vsurus: Hæc Socrates, & ex eo Cassiod. lib. 8. tripartitæ. c. 1.

Super hac verò irregularitate impetrāda est regulariter dispēsatio ab ipso Roma. Pōtifi. nō ab alio: secūdū Inn. in. c. significauit. de corp. vitiat. Cuius opinio cōis est, vt in ibi asserit Cardi. & Gōsal. à Villadie. de irregula. c. vlt. licēt cōtrariū sentiat gl. in. d. c. significauit. ciusdē capitis autoritate: quę minimè obstat. est enim intelligēda ea decisio de dispēsatione Episcopi auctoritate apostolica præstita, ac sibi delegata, vt Panor. & alij cōiter in ibi tradidere, quo fit, vt ea sit iuris regula, inferiorē prælatū nō posse dispēsare super hoc corporis vitio, nec super irregularitate cōtracta à corpore vitiatis. Imò scribit

7

Ioan.Staphi.de literis grat. & iustit. 2.part.fol.193. non cõsueuisse Romanum põtificẽ dispensare circa vitiũ corporis,& eiũs irregularitatẽ, quoties deformitas tanta est,quæ scandalum maximum generet apud Christianam plebem:quod est semper considerandum in huiusmodi dispensationibus.

Secunda cõstituitur irregularitas ex eo, quòd quis bis,vel ter sacrum Baptismasusceperit.Catholica siqui
8 dẽ ecclesia nõ semel definiuit, sacramentũ baptismi nõ esse repetendũ, nec iterandũ: quẽadmodũ Diuus Augustinus docet in libro de vnico baptismo:& aduersus Donatistas. Conciliũ itẽ Carthaginẽse primũ.c. primo.vbi Gratus Episcopus Carthaginẽsis asserit,rebaptizationes illicitas esse:omnesq; episcopi in codẽ concilio itidẽ decreuerunt satis esse alienum à syncera fide,& catholica disciplina rebaptizari. tradit & Alfons.à Castr.lib.2.de hæresib. de baptismo.5.hæresi.S.Tho.eleganter in 3.parte.q.66.art.9. idẽ & alij Docto. Theologi in.4.sent.dist.6.Ioãnes Faber,& Catholici viri,q nõa ætate aduersus Anabaptistas Germanos scripsere, hæresim eorum magnis authoritatibus improbãtes.Paulus sanè ad Ephesios.ca.4. inquit,vna fides,vnum baptisma.Rursus ad Hebræ.c.6.cõtra quosdã rebaptizari volentes ait, rursus crucifigentes sibi metipsis filiũ Dei. Sic maximis pœnis iure pontificio, & Cæsareo puniuntur qui rebaptizãt, & rebaptizantur.ca.2.de apostat.c. ostenditur. de cõsecrat.dist.4.ca.Miramur. §.his authoritatibus.24.q.1.l.1.2.&3. C. nè sanctum baptisma reite.in specie autem constitutum est, q̃ rebaptizati minimè admittantur ad sacros ordines.cap.qui bis.& cap.seq.de consecratio.dist.4.cà.confirmandum est. 50.dist.ex cõcilio Carthaginẽsi quinto,ca.11. quibus authoritatibus hoc satis receptum est,saltem in eo, qui sciẽter fuerit rebaptizatus:quasi ob scientiã istã puniri iustè debeat hac irregularitatis pœna; & alijs.& idẽ erit in eo, qui ministrauerit hoc baptismi sacramentũ,sciens iterum illud repetens.d.ca.2.de apostat.d.l. prima, & secunda.C. nè sanct. baptis.reitere.His accedit canon.47. ex concilio Lugdun. apud Burchard. lib.4.decret.c.56. Episcopus inquit, aut presbyter si eũ, qui secũdum veritatẽ habuerit baptisma,denuò baptizauerit,aut si pollutum ab impijs,& nõ rectè baptizatum nõ baptizauerit, deponat tanquã deridẽs crucẽ,& mortem Dñi,nec sacerdotes veros à falsis sacerdotibus iure discernens. At dubium est de eo qui ignorãs fuerit rebaptizatus,an is sit irregularis? Et profectò cõstat cuidẽter in.d.c.qui bis.eum irregularẽ esse,qui etiã inscius & ignorãs fuerit rebaptizatus.Sic sanè ex pœnitẽtiali Theodori Iuo Carnotensis lib. 1.decret.retulit, & ab eo Gratianus deduxit text.in.d.c. qui bis. quo in loco Cardi.à Turre Cremata.n.7. probat,rebaptizantem, aut rebaptizatum



zatũ ex ignorãtia iusta,quę inuicibilis sit,nõ esse irregularẽ.idem tenet Scotus.in. 4. sent. distinct. sexta.ne pœnam istam constituamus absq; aliqua ipsius rebaptizãtis, aut rebaptizati culpa. Et verè hæc opinio probabilior est, authoritate tex. in dict.capit.secundo, de apostat. quãuis irregularitas sæpissimè contrahatur absq; culpa:sicuti iure manifestum est. Conueniunt omnes in hoc,quòd baptizans iam baptizatũ ex ignorantia iusta,non sit irregularis.de eo verò, qui rebaptizatur etiã iusta ignorantia, eum esse irregularem tenent Palud.in.4.senten.dist. 9.quęst. 4. conclusione secunda: & Florent.3. par. tit. 14.cap.13.§. 12. qui fatentur, posse episcopum magna ex causa,in hac specie dispẽsare propter iustam ignorantiam, nihilominùs probarem ipse Scoti sententiam,cui non obstat tex. in dict. ca. qui bis. Ea enim responsio nec est Romani Pontificis, nec concilij generalis, nec adhuc prouincialis, nec alicuius,qui habuerit authoritatem legis condendę. Nam etsi Theodorus referat, veteribus canonibus ita statutũ fuisse, erit eius testimoniũ referendũ ad canones, qui prohibent rebaptizatũ ad sacros ordines promoueri:qui tamen intelligẽdi sunt de rebaptizatis sciẽter:nõ de his, qui iusta ignorãtia rebaptizãtur. aut ita accipiẽdũ est Theodori respõsum, vt procedat in eo, qui ex ignorantia culpabili,supina,& crassa fuerit rebaptizat?.is enim non est admittẽdus ad ordines sacros:tametsi nõ puniatur ea pœna,nec sit afficiẽd? ea pœnitentia,qua afficeretur qui ex certa scientia rebaptizaretur.Poterit quidẽ & illud responsum intelligi,vbi rebaptizatus ignorãter, post sciẽtiã ratã habet huius sacramenti repetitionẽ:quod sensit Florẽ.3.par. tit.28. c.6.§.3.Tandem Albert. Trotius de vero,& perfect.cleri.lib. 2. c.9. post Archid.in.d.c.qui bis existimat, tutius esse, quòd rebaptizatus iusta ignorantia obtineat, & impetret ab episcopo dispensationẽ. Henri. verò in.d.c.2. de apostat. magis probat priorẽ opinionẽ, quã ex Scoto retulim?.Facit ad hæc optim? text. in.c.eos.de cõsecra.dist. 4. ex Felice Papa tertio,iũcta. gl. vbi probatur, eos irregulares esse qui sua sponte, aut metu conditionali, nõ præciso fuerint rebaptizati. Ergo qui ignorãtia probabili,& iusta fuerit rebaptizatus,irregularis non erit: quod sensit Huguitio in.c.dictũ, de cõsecrat.dist.5.

Sed & illud quæritur qd dicẽdũ sit de cõfirmationis sacramento? & Alber.Trotius pariter de hoc,vt de baptismo,respondit in hac specie irregularitatis.idẽ tenent.Archi.in. c.1. 68.dist.& Richardus in.4. sen. dist. 7.q.pe.Scotus tñ ibi.q5. tenet contrariã sententiã,defendens nõ esse irregularẽ eũ, qui bis cõfirmationis sacramentũ etiã scienter susceperit aut cõtulerit. quia expressum iure põtificio id nõ est: & irregularitas nõ datur,nisi in casibus iure põtificio

cio expresſis.c. is qui. de ſent. excõ. in.6.candẽ Scoti opinionẽ ſequũtur Palud.ibi.q.2.col.1. Florẽ. 3. par. tit. 14.c.14.§. 4. Card. à Turre cremat.in c.dictũ.de cõſecra. diſt. 5. ad finem. Alfonſus à Caſtro lib. 1. de poteſta. legis pœna.c.7.documẽto. 3. ver. ex ratione. Nã cùm nuſquã inueniatur in iure canonico pœna irregularitatis expresſim ſtatuta pro iteratione cõfirmationis, ſicut pro iteratione baptiſmi, inde euidenter colligitur nullã talem pœnã incurri per cõfirmationis iterationem. Sed & prior ſentẽtiam ſequuntur glo.in.d. cap.dictum.& Ioan. Maior in dict. 7.diſt.ad finẽ.qui cenſet, eã omnino probari in di.ca. dictum. cui? ex cõcilio Tarraconẽſi.ca. 6. manifeſta eſt deciſiõ, prohibẽs cõfirmationis ſacramẽtum iterari, vt & baptiſmi pœnam iterantibus adiſciens. vnde cùm ibidem pariter baptiſma, & confirmatio prohibeantur iterari, deducitur iuxta quorundam ſententiam, irregularem eſſe bis confirmatum, quemadmodum & irregularis eſt bis baptizatus. Huic inductiõi reſpõdetur, nõ eſſe ſatis ſufficientẽ argumentationẽ iſtam ad conſtituendã irregularitatis pœnã, cùm ea neceſſariò reqrat expreſſam iuris pontificij cõſtitutionem. Nec mirum eſt, quòd Cõfirmatio, ſicut Baptiſmus prohibeatur iterari: & tamen non eadem pœna inflicta fit iteranti confirmationem, quæ iterãti baptiſmatis Sacramẽtum certum equidem eſt, fuiſſe olim, vt paulò antè commemorauimus, quorundam hominum hæreſes, qui docebant, baptiſmum ob diuerſas cauſas iterandum eſſe: item eſſe & hoc noſtro tẽpore Anabaptiſtarum dogma, quo tradidere, paruulos ſemel baptizatos, iterum fore rebaptizandos, cùm ad vſum rationis acceſſerint. Quæ quidem notanda ſunt, licèt Florent.3.par. tit.28. c. 6.§. 3. non tantum in baptiſmo, & cõfirmatione, ſed & in Sacramẽto ordinis priorem ſententiam probauerit.

Tertiò à quibuſdam dubitatur, poſsit ne ad ordines ſacros, aut ad minores promoueri is expoſit?, cuius parentes adeò latent, vt planè omnino ſit incertum, an fuerit ex legitimis conceptus nuptijs. de quo dubius eſt Ancharra.in cap.1. de infantib.expoſi. Ratio vero huius dubitationis eſt quia in dubio nõ præſumitur quis legitimus, nec natus ex legitimo matrimonio: tex. & ibi Angel.in l.liberorum. ff. de his qui not.infamia. Iaſ.in l.nec profeſsio. C.de teſtamen. Alciat. in regu. 3. de præſumpt.1.præſump. num. 12. nos itidem notauimus in Epitome ad 4.lib. decretal. 2.part. ca.8.§.3. illegitimus autem nõ poteſt ſacris ordinibus inſignari quod ſatis manifeſtum eſt: atq; ideo cõſtat, expoſitum qui non præſumitur legitimus, nõ poſſe ad ordines promoueri. hoc ipſum cõprobatur ex his, quæ in eadem epitome tradita ſunt. 2. part. c. 1. nu. 3. cõtrarium tamen, imò quòd expoſitus poſsit donari ordinibus eccle-



ecclesiaſticis abſque vlla diſpẽſatione. tenent Anania in dict.capit.1. de infantib.expoſit.num.11. Feli.in cap. cùm deputati.de iudicijs.in fine. & Bermondus Choueronius in commentarijs ad titulum de concubinarijs.verb. qui etiam filios. nu. 90. col.363.& Gabriel. Palleottus in tracta. De filijs nothis.capit.63.nu.3. qui ſcribit, hanc opinionem communiter receptam eſſe, qui ad huius concluſionis probationem aliquot adducunt authoritates, quæ minimè conuincunt eam veram eſſe. Pręſertim opinio prior magis adſtruitur, cum hic coniecturis ſit agendum, quòd nõ ſolent filij legitimi, & nati ex legitimo matrimonio exponi: ſed potiùs hi, qui naſcuntur ex furtiuis, & fornicarijs congreſsibus. Quam ob rem ipſe conſulerem, expoſitos minimè promouendos eſſe ad eccleſiaſticos ordines abſque diſpenſatione ſaltem epiſcopi. Quòd ſi promoti fuerint: non eos prohiberem ordinum vſu, propter authoritatem Ananiæ, & Felini.

Quartò eſt conſiderandum, à Canonibus inſtitutam fuiſſe irregularitatem quandam ex pœnitentia ſolenni, cuius equidem ritum, & diſtinctionem à publica explicuimus
10 lib.2. Vari.reſolut.capit.10.nume.3. is enim qui ſolennem egerit pœnitẽtiam, irregularis eſt, & ideò minimè ordinibus eccleſiaſticis donari poteſt, nec ordinatus miniſtrare. capit. 68. concilij quarti Carthaginenſis. cap. ex pœnitentibus. cap. in capite. capit. ſi quis poſt. capi. Canones. capitu. pœnitentes. 50. diſtin. notant. S. Thomas in.4. Sentẽ. diſtin.14. quæſt. 1. arti.5. & ibi Palud. quæſt.6. Floren. 3. part. titu.14. capit.17.§. vltim. Ioan. in ſumma confeſſ. lib.3. titu.15. à quibus plures huius irregularitatis rationes traduntur: quarum etiam poſt alios meminit Albert. Trotius de vero, & perfect. cleri. libr. ſecundo. capit.14. Harum ea eſt potiſsima, quam Hormiſda Papa in epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ exponit, & Gratianus retulit in capitul. non negamus. 61. diſtin. inquit enim: ſed nec de pœnitentibus quidem quiſquam ad huiuſmodi gradum profanus temerator aſpiret: ſatis illi ſit poſtulanti veniam concedi: qua cõſcientia abſoluat reum qui ſe peccata ſua ſcit populo teſte confeſſum: quis enim quem paulò antè iacentem viderat veneretur Antiſtitem? perferens memorandi criminis labem non habet lucidam ſacerdotij dignitatem. Hactenus Hormiſda ſummus eccleſiæ Catholicæ præſul. Nec poterat ſolennis pœnitentia iniungi, niſi cauſa grauiſsimi, & admodum publici criminis. Nec clericis olim, cum ea in vſu erat, iure potuit etiam ab Epiſcopo infligi cuiuſcunque reatus cauſa: quem admodum in præcitatis canonibus conſtat, maximè in dicto capit. in capite. & cap. confirmandum. cap. illud. cap. alienum. 50. diſtin. ſub qua ad hanc rem oportet expendere. textus in cap. placuit.

Ex

## Ex. §. ſequenti.

1 *Suſpenſus ob officio, per quem actum irregularis efficiatur, ſi in eo miniſtrauerit.*
2 *Suſpenſio facit miniſtrantẽ irregularẽ, quãdo à iure vel ab homine fit propter delictũ quo ad ſe, & quo ad alios in foro exteriori.*
3 *Suſpenſus ob corporis vitium, etiam ſi celebret, non eſt irregularis.*
4 *Suſpenſus ex eo, quòd ante legitimam ætatẽ promotus fuerit, non eſt irregularis, etſi in officio miniſtret.*
5 *Publicus peccator, an ſit irregularis, ſi celebret. & quid de notorio concubinario?*
6 *Sodomita an ſit irregularis, ſi ante diſpenſationem celebrauerit.*
7 *Simoniæ crimen, an efficiat quem ipſo iure ſuſpenſum, ita vt celebrans ſit irregularis.*

## §. Primus.



Vintò loco ea eſt tractanda irregularitas, quæ à ſuſpẽſione deducit. Iuris ſanè pontificij regula illud palàm probat, quòd ſuſpenſus ab officio, ſi eius miniſterium exequatur, aut in eo miniſtret, eſt irregularis. c. primo. de re iudic. capitu. primo. de ſentẽ. excom. in ſexto. quibus in lo-
1 cis adeò manifeſtè probatur hæc cõcluſio, vt nulla indigeat vlteriùs probatione: imò potiùs oporteat ipſam explicare aliquot propoſitis, quæ neceſſaria ſunt ad eiꝰ intellectu: multa enim requiruntur, vt ſuſpẽſus ab officio, in eodẽ miniſtrãs irregularis efficiat. Primũ equidẽ exigitur, quòd ſit ſuſpenſus ab aliquo actu ordinis eccleſiaſtici, quem habet: ſicuti conſtat in cap. is qui. de Sent. excõ. in. 6. ibi, celebrat. & in capi. is cui. eod. tit. ibi, in ſuo officio. atque ita in ſpecie notant Innoc. in dict. capi. 1. de ſent. excom. lib. 6. & alij plures, quorum nos mentionem fecimus in cap. Alma mater. de ſenten. excom. 2. part. §. 2. num. 3. is igitur, qui aliquẽ actũ ordinis eccleſiaſtici, à quo fuerit ſuſpenſus, egerit, irregularis eſt, nec ab alio quàm Romano põtifice poterit diſpenſationem obtinere. vnde multa in ſpecie poſſunt adnotari.

Primùm hinc cõſtat, nec laicum, nec fœminã eſſe irregularem ex alicuius eccleſiaſtici officij actione, tametſi ſuſpẽſio ab officio præmittatur. Fœmina enim capax non eſt ordinis eccleſiaſtici: laicus verò eodẽ omnino caret: & ideò verè non poteſt in hoc caſu conſtitui irregularitas: quemadmodum ex prænotata concluſione deducitur.

Secundùm colligitur ab eadem regula, quòd epiſcopus à pontificalibus ſuſpenſus, licèt cũ eis celebret, non erit irregularis. Quia pontificalia non pertinent ad ſubſtãtiam alicuius ordinis eccleſiaſtici: ſic ſanè ferè omnes fatẽtur, qui præmiſſam regulam admiſerunt.

Tertiò inde apparet, ſuſpenſum à collatione Sacramentorum, non eſſe irregularem, ſi ea contuleritea forma, & ſolẽnitate, quibus laicus potuiſſet conferre: nempe ſi baptizaret aliquẽ ſecũdùm ritum, quo laici quandoq; ſolent, & poſſunt baptizare:



ptizare: ſecundùm Innocen. in dic. cap. 1. de ſenten. excõmun. in. 6. quaſi ſecùs ſit in eo caſu quo clericus ſuſpenſus à collatione ſacramentorũ, ſolenniter eo modo quo presbyteri ſolent baptizare ſacramentum baptiſmi contulerit: quod Henri. in cap. vlt. de cleri. excom. miniſtr. ad finem. Nicolaus Plouius de irregularit. reg. 48. adnotarunt.

Quartò ex præſcripta regula infertur ſuſpenſum à perceptione ſacramentorũ, non eſſe irregularem, etiã ſi ſacramenta percipiat. Perceptio enim ſacramentorum non pertinet ſpeciali iure ad aliquem actum ordinis eccleſiaſtici: ſiquidẽ & laicis competit: idcirco irregularitas minimè contrahitur. Quod communi omnium ſententia definitum extat.

Quintò deducitur vera ratio deciſionis expreſſæ in cap. ſi celebrat. de cleri. excom. mi. cuius parte prima reſponſum eſt, excommunicatum minori excõmunicatione, irregularem nõ eſſe quanuis celebret miſſarum ſolennia, & ſit ſuſpenſus à perceptione ſacramentorum. Nam hæc paſsiua perceptio ſacramentorum non pertinet ad aliquem ordinem eccleſiaſticum: ſecundũ Abb. col. 1. & Henri. 5. in dict. cap. ſi celebrat. Nõ enim diffiteor, presbyterũ minori excomunicatione affectum dum is ſuſpenſus eſt à perceptione ſacramentorum, ſuſpenſum itidem eſſe à celebratione miſſarum: cùm is actus non poſsit fieri abſq; perceptione Sacramentorum: atq; ideo grauiter peccat excõmunicatus minori excõmunicatione, ſi celebret: irregularis tamẽ nõ eſt: quia iſtha hæc ſuſpenſio generalis eſt à perceptione Sacramentorum, quatenus ea communis eſt clericis, & laicis. Non erit idem in eo, cui eſt interdictus eccleſiæ ingreſſus: ſiquidem huic eſt interdictus actus pertinens ad ordinem eccleſiaſticum, intra eccleſiam tamen exercendus: qua ratione irregularis hic cenſetur ſi intra eccleſiam celebrauerit, aliáve officia diuina peregerit. cap. is cui. de ſenten. excom. in. 6. tametſi Innocent. in dict. cap. 1. eod. tit. aſſeueraueritin hoc caſu nullam conſtitui irregularitatem: quod falſum eſt.

Secundò eſt & illud obſeruandum, Quòd vt ſuſpenſus efficiatur irregularis per actionem, à qua ſuſpenditur, non eſt ſatis ſufficiens ſuſpenſio, quæ à ſolo Deo fit propter peccatum mortale. cap. vlt. de vit. & honeſt. cleri. quia hæc ſuſpenſio fit quo ad ipſum ſuſpenſum: nec item ſufficit ſuſpenſio, quæ fit à ſacerdote cõfeſſario in animæ iudicio: quod Innoc. tenet in dict. capit. ſi celebrat. & Gonſalus à Villadiego de irregularit. colũ. 8. ſed eſt neceſſarium, quòd ſuſpenſio fuerit à iure, vel ab homine iudice in exteriori foro propter delictum quo ad ſe, & quo ad alios inflicta: ſicuti idem Innocenti. Ioan. Andre. & omnes expreſsim tenẽt in dict. cap. ſi celebrat. vbi Panor. præ cæteris:

&

& Deti. conſ. 141. ad finem. Hæc autem concluſio apparebit euidentiùs ex his, quæ ſtatim ab ea deducemus.

Primùm probatur ex hoc, ſuſpenſum ab officio, & actu ordinis Eccleſiaſtici, etiam à iure propter corporis vitium, non ob crimen minimè effici irregularem, ſi celebret miſſarum ſolennia, nec contrahere nouam irregularitatem ob actionem iſtam: ſed tantùm eam, qua ob vitium corporis fuerat affe
3 ctus: quod plurimum refert. notant in ſpecie Panor. in dicto cap. ſi celebrat. & Gonſalus à Villadiego de irregularit. cap. de ſuſpenſione. col. 2. quo in loco idem ſcribit de eo, qui ſuſpenſus eſt ex eo, quòd cùm eſſet illegitimè natus ordines ſuſceperit. Et hoc ipſum ipſe deducit ab ea opinione, quam communiter poſt Innocent. probant Doctor. in dict. cap. ſi celebrat. igitur licèt corpore vitiati, nec illegitimi nequaquam poſsint ſacris ordinibus inſigniri: tamen ſi nihilominus ad eos promoti miniſtrauerint in eiſdem, nouam non contrahunt irregularitatem. idem notat Domi. in capit. Apoſtolica. 56. diſt. & eſt communis opinio ſecundùm Rauennã in Alphabeto Aureo, Fo. 186. col. 2.

Secũdò hinc definiri poterit quęſtio illa, qua ſolet diſputari, an ſacris ordinibus ante legitimam ætatem inſignitus, irregularis efficiatur in eiſdem ordinibus miniſtrans, eorumq; vſum exercens? Cui quidem quæſtioni præmittẽdum eſt, quòd nemo poteſt ſacros ſuſcipere ordines ante legitimam ætatem iure Põtificio definitam: præſertim in Clemen. generalem. de ætat. & qualit.
4 vbi gloſ. verb. obſeruantiam. aſſerit, promotum ad ſacros ordines ante legitimam ætatem, non poſſe ordines eoſdem exercere donec ætas legitima acceſſerit: qua quidem accedente, ceſſat impedimentum: & ideo poterit hic in ordinibus ſuſceptis miniſtrare. Quod probatur in cap. vel non eſt compos. de tempori. ordinat. notat Ioan. de Imola in dict. Clemen. generalem. nu. 8. Henri. cap. conſultationi. col. 4. de tempori. ordinat. Archi. & Præp. in capit. placuit. 77. diſt. & eſt communis opinio in dicto cap. vel non eſt compos. Nec tamen ordinatus ante legitimam ætatem eſt ipſo iure ſuſpenſus, ſed ſuſpendendus: text. optimus in dict. cap. vel non eſt cõpos. quem ita intellexerunt Archi. Card. à Turre Cremata, & Præpo. in dict. cap. placuit. Henric. in dict. cap. conſultationi. colum. 4. Albert. Trotius de vero, & perfect. cleric. lib. 2. cap. 17. Floré. 3. part. tit. 14. cap. 16. §. 15. quorum opinio communis eſt, vt aſſerunt Card. in dicto cap. vel non eſt compos. ad finem. Præpo. in dicto cap. placuit. & Gonſalus à Villadiego de irregularitat. c. de ſuſpenſione. colũ. 2. tametſi non deſint, qui expreſsim tenuerint, hunc ita ad ordines promotũ ipſo iure ſuſpenſum eſſe ante legitimam ætatem. vtcunq; tameũ ſit, ſi communem ſequamur in hoc intellectum, conſtabit apertiùs, celebrantem ante legitimam ætatem, aut in ordinibus ſacris miniſtrantem, non eſſe irregularem: cùm hoc in caſu minimè contingat ſuſpenſio iuris, nec hominis. Quòd ſi quis defendere maluerit, ante legitimam ętatem ſuſpenſum eſſe quem ipſo iure: tũc adhuc iure probabilius eſt, celebrantem non eſſe irregularem. Quia hæc ſuſpenſio non ob crimẽ, ſed ob defectum ſtatuta eſt à iure: Sic ſanè tenuerunt Paulus, & Cardi. quæſt. 5. & 6. in dicta clemen. generalem. Albertus Trotius in dicto capi. 17. Cardi. in dict. capit. ſi celebrat. Domini. in capit. eos. de tempo. ordinat. in. 6. Gonſalus à Villadiego in dic. tract. de irregularit. capit. de ſuſpenſione. colum. 2. & eſt communis opinio, vt aſſerit Florent. 3. part. tit. 28. cap. 1. §. 1. colum. 2. quam & ipſe ſequitur eadem. 3. part. tit. 14. ca. 16. §. 15. Hodie tamen extat conſtitutio extrauagãs Pij Secundi nondum typis excuſa, qua cautum eſt, promotum ad ſacros ordines ante legitimam ætatẽ, aut ab alienis Epiſcopis abſq; literis dimiſſorijs, vel extra tempora ipſo iure ſuſpenſum eſſe: & ſi in eiſdem
5 ordinibus miniſtrauerit, irregularẽ: cum quo ſolus Papa diſpenſare valeat. Huius conſtitutionis meminere Gonſalus in dicto capi. de ſuſpenſione. colum. 3. Syluester, verb. irregularitas. §. 10. regula cancellariæ Clementis ſeptimi. 22. Ioan. Bernard. in practica criminali capitu. 22. & eam tranſcribit Petrus Rebuffus in tracta. de beneficijs. ſecũda parte, titul. de clericis ad ſacros ordines malè promotis. gloſſ. 4. quam ob rem cauere debent qui ante legitimam ætatem, aut extra tempora iure ſtatuta fuerint ſacris ordinibus donati, nè in eiſdem abſq; diſpenſatione miniſtrent. is verò qui bona fide celebraret putans id ſibi licere, fortaſsis non foret cenſendus irregularis: ſicuti optimè tradit egregius vir Martinus Azpilcueta in repe. capit. accepta. de reſtitutione ſpoliato. opp. 8. num. 34. hoc ipſum intelligens quoad forum interius & exterius, modò id factum fuerit probabili ignorantia, atq; ita ipſe præcitatam extrauagantem cõſtitutionem interpretatur ex his, quæ in ſimili voluerũt glo. in cap. ſolet. de ſentẽ. excom. in 6. in glo. penulti. & Cardi. in Clem. 1. de priuileg. q. 38.

Tertiò ab eadem ratione deducitur, nõ eſſe irregularem, publicum, aut manifeſtum peccatorem, etiam ſi ante pœnitentiam publicè in ſacris ordinib⁹ miniſtrauerit, is enim eſt ſuſpenſus quo ad ſe, non quo ad alios: quod notant præter alios Hen
5 ric. col. 6. & Cardina. col. 2. in dicto cap. ſi celebrat. de cleri. excom. miniſtra. Socinus in cap. ad audientiam. de homicid. num. 23. qui & ibi probat primam huius quæſtionis illationem, ſic etenim eſt intelligendus text. in capit. vltim. de temporib. ordinat. ſunt tamen qui ab hac tertia

illatione excipiant notorium concubinarium, ita eo vitio oppressum, vt nulla valeat excusatione ipsum crimen celare: quasi hic sit ipso iure ante pœnitentiam suspensus quo ad se, & quo ad alios. textus in capitulo. Si qui sunt. octuagesima prima distinctione. & capitulo. Præter. tricesimasecunda distiuctione. Eaq; ratione si ante pœnitentiam hic celebrauerit missarum solennia, nouam contrahit irregularitatem à solo Papa delebilem. Huius sententiæ auctores sunt Panormitanus in capite. Vestra. columna quarta. de cohabitatione clericorum, & mulierum. Chosmas in Pragmatica Sanctione, titulo. De concubinarijs. verbo, inhabiles. Aluarus Pelagius de planctu ecclesiæ, Folio vicesimoseptimo. columna quarta. Et Syluester in Summa. verbo. Concubinarius. §. quarto. Gonsalus à Villadiego, De irregularitate capite, De suspensione. columna tertia. Abulensis Episcopus in tractatu, De concubinarijs clericis. conclusione septima. Et Petrus Rebuffus in concordatis titulo, De publicis concubinarijs. in principio. Guido Papæ quæstione quingentesima quinquagesima octaua. Florentinus Archiepiscopus in tertia parte. titulo. vicesimoseptimo, capite tertio. Ioannes Bernardus Diaz de Luco Episcopus Callagurritanus in Practica criminali Canonica capite septuagesimotertio. Paludanus in quarto Sententiarum. distinctione vigesimaseptima. quæstione quarta. columna secunda. Hostiensis in dicto capite. Si celebrat. Et Bermondus in tractatu, De concubinarijs. pagina. ducentesima septuagesima, qui asseuerat, hanc opinionem communem esse. Quibus suffragatur textus in capite vltimo. De cohabitatione clericorum, & mulierum. quo manifestè constat, hunc notorium fornicatorem suspensum esse ipso iure quo ad se, & quo ad alios. Fit igitur, eum irregularem esse, si ea suspensione extante diuinis officijs operam dederit. His accedit Gratiani sententia in dicto capitulo. præter. §. prohibentur. qua probatur, clericum notoriè concubinarium suspensum esse, & censeri ipso iure quo ad se, & quo ad alios. Vnde & irregularis erit. Nam & Hostiensis in capitulo tanta. De simonia. scribit, clericum propter aliquod crimen suspensum quo ad se, & quo ad alios, irregularem esse, si nondum ea suspensione sublata proprio fuerit vsus officio. Idem tenet Archidiaconus in capit. primo. De re iudicata, libro sexto. Idem notant Henricus in dicto capite. Si celebrat. columna penultima. Ioan.



Ioan. in Summa cõfess. libr. 3. tit. 29. q. 5. contrariam equidem opinionẽ iureveriorem esse censent Innocen. & Ioan. Andre. in dicto capit. si celebrat. Card. in capit. vestra. & cap. quæsitum. de cohabit. cleri. & mulier. Speculat. ti. de dispensatione. §. iuxta propositionis. nu. 20. Ioan. de Imol. in cap. 1. col. 4. de iudic. Nicola. Plouius de irregularitate, reg. 41. Archid. in capit. præter. §. ad hæc verò. 32. dist. Martinus Azpilcueta in cap. Si quando. de rescrip. colum. 35. Qui tamen fatetur pręcedentem, ac priorem sententiam communem esse. Sed & opinio Innocentij ex eo quibusdam placet, quòd irregularitas minimè contrahatur nisi in casibus iure expressis, quod nõ semel probauimus: nullibi autem in iure decisum est, publicum fornicatorẽ irregularem esse, si diuina officia celebrauerit. Dices statim, rationem istam tolli, quia fornicator notori? suspensus est ipso iure quo ad se, & quo ad alios, suspensum autem irregularem esse, si suspensionis tempore celebrauerit. cap. 1. de re iud. in. 6. & cap. 1. de senten. excom. eod. lib. tunc sanè respondetur, hoc verum esse de suspensione, quæ directè à iure indicta est propter delictum in eius pœnam, non de ea, quæ ratione cuiusdam honestatis ab ipso canone fit potiùs ob decorẽ, quàm in pœnam directam criminis, & ipsius delinquẽtis: sicuti paulò antè diximus de corpore vitiatis, & de illegitimis. Ego quidem & si videam priorem opinionem pluribus placuisse: nam & eam tenent Anania colum. 1. & Feli. 2. in capit. cùm dilectus. de accusat. & Antoni. numer. 32. in capit. 1. de iudic. atq; eam fore intelligendam vbi publicus concubinarius diuinis se immiscuerit eo tempore, quo publicè in eodem versatur vitio, non aliàs: quemadmodum intellexere Cald. in dict. capitul. Si celebrat. & Præpo. in dicto capit. præter. §. ad hoc. numer. 15. 32. distin. idemq; à pleriscq; eiusdem assertionis authoribus deducitur: quicquid alij senserint, adhuc censeo duram esse nimis hanc communem conclusionem: nec auderem secundùm eam iudicare quenquam irregularem esse: tametsi consulerem, vt absolutio, aut dispensatio impetraretur à Romano Pontifice. Illud tamen fateor, suspensum ab homine, vel à iure in pœnam directam, & propriam, etiam ad tempus certum, vel donec pœniteat, irregularẽ esse, si tempore suspensionis diuinis rebus operam dederit: quod visum est Innocẽtio, Ioan. Andreæ, Hosti. Hẽri. col. 4. & alijs in. d. capit. si celebrat. Speculatori in. d. §. iuxta propositiõis. nu. 21. vers. crassa aũt. ac Socino. in. d. c. ad audiẽtiã. de homicid. nu. 24. quorum opinio, ni fallor, magis cõis est, licèt quidã cõtrariã probare conẽtur. Sunt verò & aliquot crimina, quorũ authores iure põtificio, etiã perfecta pœnitẽtia, etiã occulti, suspẽsi sunt ab exequutiõe officij,

ficij,& ordinis ecclesiastici, in quibus planè seruanda est regula text. in cap.1.de re iud.& capit.1.de sent. excom.in.6. de his etenim traditur in cap.vlt.de temporib.ordinat.& in cap.nisi cũ pridem.de renuntiat.

Solet deniq; controuerti de sodomita nefandi criminis reo,an is sit ipso iure suspensus ab ordinis ecclesiastici exequutione, adeò vt interim in eodem ordine ministrans sit irregularis:iuxta. cap.1. de re iud. in 6. & profectò receptum est, sodomitam adhuc occultum,etiam per acta pœnitentia suspensum esse ab exequutiõe ordinis,& ideointerim
6 celebrantem irregularẽ esse,ea quidem irregularitate, quæ à solo Papa delebilis sit:quemadmodũ Antoni & alij notarunt ex cap. nisi cũ pridem.§.1. de renuntiat. & in cap. vlt.de temporib. ordinat. in specie Bellenzinus in apostillis ad Panor. in ca.clerici.de excessib.prælat.Speculat.in dict.§.iuxta propositionis. num.17.Hostien.& Ioan.Andre.in dict.cap.nisi cũ pridem. §.1. Archi. Domi.& Præpo.in cap. de his. in. 2.50.dist.Mari.Soci.in dict.capit. ad audientiam.num.27.quam opinionem asseuerans communem esse descendit Cæsar Lamberti.in tract. de iure patronat.1. parte.2. libr.q.9. art.18.num.4.& licèt Areti.in capit. cùm non ab homine. de iudic. nu. 90.cõtrarium probare conetur, nec possit omnino ex iuris rigore defendi communis sentẽtia.cum nullus sit iuris Põtificij locus, qui hãc irregularitatem induxerit,attamen propter tanti criminis grauitatem tuenda est ea opinio, quæ tot doctissimorum virorum authoritatem habet. Nam & eam sequitur Bertachinus in tract. de episcopo 1.part.2.lib.30.q.idcirco Rebuffus in tract. de pacificis poss. numer. 208. censet,sodomitam non posse eligi ad ecclesiasticum beneficium, nec validam esse collationem beneficij eidem factam : quod & Lamberti. in dict.ar.18.latiùs probare conatus est. quibus multa patrocinantur, quæ de huius nefandi criminis grauitate traduntur,præsertim ãs. Thoma.2.2.q.154.arti.11.capi. vsus. capit: adulteri,32.qõ.7.l. cùm vir nubit in fœminam,viros paritura quid cupiatur? C.de adult.cap.infames.3.q. 7.l.1.§.remouet.ff. de postulan. Auth.vt non luxurientur contra naturam.collat.6.§.2.Inst. de pub. iudica.in archiepiscopatu. de raptorib. cap.vt clericorum.de vita, & honesta.clericor.l.2.titu.21.part.7.l.2.tit.9. libr.4.fori.pragmatica Regum Catholicorũ Fernandi,& Elysabeth, l.85. Lambertinus multa tradit in dict.artic.18. & Matthæus Afflictus in constitutionibus Neapolitanis libr.3.rub.42.nume. 10. nos item aliquot adduximus in epitome ad.4. decret.2.parti.capitulo.7.§.5. nume. 6. Paulus Parisius cons. 163.libro. 4. Lucas de Penna in.l. 3. columna.3. C.de exactor.& exceptori. libro.12. text.optimus in dicto capitulo, clerici.de excess.prælat.ad hæc & Valerius



lerius Maximus libro. 6.capite. 1. de pudititia: quædam veterum exempla commemorat de huius sceleris punitione.Maximè laudat. C. Marij Imperatoris disciplinam : cuius & Quintilianus meminit in declamatione,cui titulum fecit, miles Marianus,& Plutarchus in Mario, alia itidem refert Aymarus Riuallius lib. 3. historiæ iuris ciuilis. capit. de lege Scatinia.quæ lata fuit in huius sceleris reos cuius meminit & Tertullianus in libro de monogamia. Huius criminis authorem non posse facere testamentum, etiam ante accusationem & condemnationem, probare conantur Anastasius Platus in ter consilia Barba.consi.vltim.libr.1. Guliel. Benedictus in capit.Rainuntius. de testamẽ. verb.mortuo itaq; testatore.in.1.numer. 134. Deti.in.l.1. C. de secundis nup. num.8. At Speculat. titul.de instrument.editiõe.§. compendiosè.vers.decimotertio:asseuerat,sodomitam huius criminis damnatum testari non posse: quasi velit,hunc ante damnationem testari iure posse.sed prior opinio ex eo probatur, quòd sodomita sit ipso iure infamis.dict.l.cùm vir.vbi glo. l.1.§.remouet.& ibi gloss. ff. de postul.capi.infames.3. qõ.7.infamis autem ipso iure testari prohibetur.l.is cuius.§.vlti.ff.de testamentis.& pręterea huius criminis author ipso iure dominio bonorũ priuatur, quod gloss.notat in.capi.cùm secundum leges.de hæreti.in. 6. verbo, naturæ contrarias.quæ confirmatur authoritate regiæ pragmaticæ sanctionis in dict. l. 85. qui verò omnium bonorum præsentium, & futurorum dominio ipso iure priuatus est,testari minimè potest: vt explicat Bald. in authen.incestas.C.de incest.nup. quibus tandem rationibus persuaderi poterit ea sententia,quæ dictat, sodomitam,etiam ante condemnationem testari non posse.Sed & de pœna ignis extat ante Iustinianum elegans constitutio libro. 9. Codicis Theodos.tit.7.in hunc modum,Imppp. Valenti. Theodosi. & Arcadi. A.A.A. Orontio Vicario vrb.Ro. Omnes, quibus flagitij vsus est,viri le corpus muliebriter constitutum. alieni sexus damnare patientia : nihil enim diseretum videntur habere cum fœminis: huiusmodi scelus spectante populo flammæ vindices expiabunt. P. P.in foro Traiani octauo idus Aug. Valentiniano. A. IIII.& Neotherio Con SS.

¶De illo autem, qui simoniæ crimen commiserit itidem dubitatur, an sit ipso iure ab officio suspensus ea suspensione, quæ ipsum efficiat irregularem,si diuinis se immiscuerit? & vbi simonia fuerit in ordine
7 commissa quoad ipsum, & quoad alios, ipse simoniacus est suspensus ab ordine per simoniam suscepto, & ab alijs ordinibus.tex.in cap.præter. §. verum.32.distinct.cap.reperiũtur. 1. q.1.capit.eos.81.dist.Innocent. & doct. in cap.tanta.Abb.in capit. per tuas.in.2.num. 5.& in capit.de simoniacè. text. in capit. siquis.& ibi

Panor.de simo.Sylvest.verb.suspē-
sio.q.7.Hostiē.in summa,titu.de si-
monia.§.qua pœna. quorū opinio
communis est: nec poterit iure ne-
gari:quia in præcitatis locis proba-
tur.atque ideo irregularis erit simo
niacus,qui eo tēpore nondū subla-
ta suspensione, in ordinibus mini-
strauerit,etiam post pœnitentiam.
quòd si commissa fuerit simonia in
beneficio ecclesiastico adquirendo,
idq; crimen fuerit notorium & pu
blicum,est simoniacus quo ad seip
sum,& quo ad alios ipso iure suspē
sus.secundum Iunocentium in di-
cto capit.tanta.& Panormi. in cap.
accusatum.de simonia. idcirco irre
gularitas ab eo contrahitur per so-
lum Romanum Pontificem delen
da,si celebrauerit ante huius crimi-
nis peractam pœnitentiam : quod
ita visum est Gonsalo à Villadiego
de irregularita.capit.de simoniaco.
& plerisq; alijs : quorum opinio li-
cèt dubia olim potuerit esse, hodie
tamen constat per extrauagā : con-
stitutionē Pauli Vene. de simonia:
qua inflicta est ipso iure excommu
nicatio aduersus simoniacum in be
neficio adquirendo. cuius constitu
tionis ipse meminit in reg.peccatū.
2.part.§.8.nu.7. de regul.iur.in.6. fit
igitur, vt simoniacus in adquirēdo
beneficio, cùm excōmunicatus sit
ipso iure, irregularis omnino sit, si
in ordinibus ante absolutionē mi-
nistrauerit: caq; irregularitas à solo
Papa delebilis est.capit.1. de re iudi.
& capi.1.de senten.excommu.in.6.
sic etenim sunt intelligenda quæ
hoc in dubio solent per doctores
adduci ad huius quæstionis decisio
nem.Nec mirū hoc cuiquam vide
ri debet:cùm istud crimen grauissi
mum sit, & in Christiana Republi-
cā perniciosum valde.

## Ex.§.Sequenti.

1 *Bigamia quid sit, & vnde originem hæc ir regularitas duxerit?*
2 *Bigamus quis dicatur: & quot modis vitiū hoc contrahatur?*
3 *Bigamus non est qui à seipso vitiatam vxo rem duxerit.*
4 *Romanus Pontifex potest cum bigamo dispensare, non episcopus.*
5 *Baptismus, an tollat irregularitatem ex bigamia vel homicidio antè contractam.*
6 *Religionis professio bigamiam non tollit.*
7 *Neophyti, an sint ad ordinis sacramentū admittēdi, & ad bēficia ecclesiastica eligēdi?*
8 *Neophytus, an sit recipiendus ad officia secularia: & quid de his, qui genus, ac nomen à Iudæorum gente deducunt.*

## §.Secundus.

EST & inter alias ir
regularitates nō po
stremus bigamiæ
locus : cùm & ea
vetustissimis decre
tis & institutis iure Pontificio fue
rit statuta.Ea verò sic definitur: Bi-
gamia est irregularitas ex defectusa
cramenti procedens: quemadmo-
dum Hostien.in Summa definiuit,
quem



1 quem alii sequuti sunt, presertim
Ioan.Montaigna in tracta.de irregu
larita.Bigamiæ. in principio.& pro
babatur multis.quæ statim traden-
tur.Sacramenti autem,cuius hic de-
fectus consideratur,notissima est si-
gnificatio : siquidem id matrimo-
niume st.de quo nos olim Salman-
ticæ epitomen in quartum Decreta
lium concinnauimus:eiusque secū-
da part.capitu.1. ad finem explicui-
mus,quid matrimonij sacramentū
significet perfecta eius significatio-
ne. Hæc sane irregularitas originem
ducit à veteris testamenti legibus.
Leuitici enim capit.21.scriptum est
de sacerdote:scortum,& vile prosti
bulum nō ducet vxorem,nec eam,
quæ repudiata est à marito. apud e-
thnicos autore Aulo Gellio libr.no
cti. atti. 10. cap.15.flamen,si vxorem
amisit,flaminio decedebat,eò quòd
non poterat secundam vxorem ac-
cipere.Septimius item Tertullianus
in lib. de exhortatione ad castitatem
inquit : monogamia apud ethnicos
in summo honore est,vt & virgini
bus legitimè nubentibus vniuira
pronuba adhibeatur, & si auspici
initium est. item in quibusdam so-
lennibus, & auspiciis, vt prior sit
vniuiræ locus.certè flaminia non ni
si vniuira est quæ flaminia lex est.
Nam duo ipsi pontifici maximo ite
rare matrimonia nō licet,quod mo
nogamiæ gloria est. hæc Tertullia-
nus, qui idem repetit in libr.1.ad v-
xorem. & in lib.de monogamia,ad
finem.& in lib.de præscriptionibus
aduersus hæreticos. idem & Diuus
Hieronymus in epistola ad Geron-
tiam de monogamia ita scribit : fla
men vnius vxoris ad sacerdotium
admittitur, flaminia quoque vnius
mariti eligitur vxor.ad tauri AEgy
ptii sacra semel maritus adsumitur.
hæc Hieronymus.cuius ex nouiori-
bus meminit Ludouic. Cœlius lib.
lectio. antiqu. 15. capitu.22. primus
autem bigamus Lamech videtur
fuisse:Geneseos capitul.4.quo in lo-
co id adnotauit Nicolaus à Lyra.
hoc ipsum testatur Tertullianus in
libr.de exhortatione ad Castitatem.
Pausanias itidem cōmemorat, Gor
gophonem Persei filiam omnium
primam mortuo priore cōiuge Oe-
balo nupsisse, atque initium dedisse
secundis nuptiis.sed & post legem
Euangelicam statim bigamia ab a-
postolis instituta fuit, quòd sacris
ordinibus, & officiis esset impedi-
mento. Nam ad Timotheum Pau-
lus capit.3.inquit. oportet enim epi-
scopum irreprehensibilem esse : v-
nius vxoris virum.idem & in cano-
nibus Apostolorum probatur,cap.
18.multis autem modis bigamia cō
trahitur, quorum mentionem hic
subijciemus, exponentes quid in co
rum quolibet considerandum sit.
de quibus & regia lex tractat. l. 13.
titu.8.part.7.

Primò is est verè bigamus, qui se-
2 cundas contraxit nuptias,cæteri au-
tem impropriè, & ad similitudi-
nem quandam bigami censentur.
glo.communiter recepta in capi.2.

de bigamis.probatur in cap.1. & capit.debitum.de biga.cap.vnius. ca. Acutius.cap.deinde.26.distin.atque idem erit siue quis duas vxores legitimas diuersis tẽporibus habuerit: siue illegitimam earum alteram eodem tempore.capit.nuper. de bigamis. quo in loco communis omnium sententia hoc ipsum asserit: est tamen necessarium ad contrahẽdum hoc bigamiæ vitium in vniuersum, quòd carnalis commixtio intercedat.text. optimus in dict.ca. nuper.gl.& communis in capi.vnico.de cleri.coniuga.in.6. & Doct. in.4.senten.distin.27.

Secundò bigamus item censetur qui viduam in vxorẽ adhuc primã acceperit,& cognouerit carnali cõmistione.tex.in cap.si quis viduam. 50.dist.ex synodis orientalibus, quas Martinus Bracharẽsis episcopus cõpilauit tempore Honorij Papæ primi.easq; Lucensi episcopo nũcupauit: earum enim cap.26.continetur quod à Gratiano in dict. ca. si quis viduam.exponitur.Idẽ tradit,& respondet Innocentius Papa Primus in epistola.2.ad Victritium Rothomagensem episcopum cap.5.capi.si quis viduam.in.1.distinct. 34. cuius pars prior deducitur ex dict.capi.5. posterior autem ex capit.6.eiusdem epistolæ. est & ad hoc canon decimusoctauus apostolorum, à quo Gratianus adsumpsit cap.si quis viduam.in.2.dist.34.vbi idem traditur de eo, qui fœminam ab alio repudiatam vxorẽ duxerit. quod & Hieronymus probat ad Fabiolã de veste sacerdotali,ca.vidua.34. dist. Nec refert quo ad irregularitatẽ ex bigamia contrahendã, quòd matrimonium sit iure validum, vel nullum: satis equidem est ipse coniugalis affectus: quemadmodũ probatur in ca.vlt.& in cap.nuper. de bigamis. ex quibus Doct.ibi, & in distin. 27. quarti Sentent. ita planè frequẽtissimo omnium consensu adnotarũt. idem probatur ex canone. 19. Apostolorum, si eius ratio cõsideretur. illud tamen exigitur, quòd hæc vidua,aut repudiata, cognita fuerit à priori viro, secundum communẽ sententiam eorum, quos modò citaui,& statim in hoc tractatu quo ad bigamiæ vitium citabo.vnde infertur verus intellectus ad tex. in capit.quotquot.27. quæs.1. ex synodo Ancyritana,capi.18. ex quo notauit Specu.tit.de dispensatione. §.iuxta. versi.cõtrahitur.bigamum esse clericum,vel monachum,qui cum virgine matrimonium impediente sacro ordine,aut professione nullum contraxerit.etenim licèt hic vt bigamus puniatur,minimè tamen bigamus est,nec verus,nec fictus,aut interpretatius.text.optimus in cap. sanè.in.2.de cleri.coniugat.qua ratione quanuis solus Papa dispenset circa bigamiæ irregularitatem: tamen in hac specie episcopus dispensabit etiam quo ad maiores ordines suscipiendos.notat Sylucst.verbo, bigamus.§.7.& sensit Montaigna in tracta.de bigamis. quæst.4. idem docet Panormit.in capit.1.&.2. nè cleri.vel vouent.& tamen cùm dispẽsatio necessaria sit:vt probatur in dicto capit.1.visum fuit quibusdam, hunc bigamum esse saltem quadã similitudine: quod explicat Palud. in.4.sententiarum distinct.27. quæstione.4.columna.4.



Tertiò is bigamus est, qui etiã vnicã vxorem habuerit, corruptam tamẽ: non virginẽ:cap.debitũ. vbi Cardi. & Doct.de biga.capitu. 1. de cleri. coniug.in.6.cap.curandũ.ca. si quis de laicis.34. dist. quod adeò verum est,vt idem vitium locum habeat si quis inscius, & ignorans corruptã vxorem duxerit: sicuti probatur in dict.cap.curandum. & est communis opinio,quam sequuntur Cardi. in cle.cũ ex eo.col.1.de sent. excomm.& Henri.in capit.1.colũ.3.de biga.tex.in cap. Qui in aliquo.51. dist. idem erit si quis matrimoniũ,quod nullum est, cum fœmina corrupta cõtraxerit: adhuc enim bigamus cẽsetur.tex.in dict.capit.vlti. de bigamis.vbi cõmunis omnium sententia hoc ipsum probat. Quid autem de eo, qui fœminam corruptam,ab eodem tamen stupro vitiatam in vxorem duxerit? sunt enim qui censent, & hunc bigamum esse. huius sententiæ authores sunt Host.Ioan. Andre. Anchara. Antoni. & Imola in cap.sanè.de cleric.coniugat.quorum opinio profectò falsa est. Nec enim hæc fœmina diuisit carnẽ suã in plures: cùm ab vno tantùm fuerit cognita.capit. debitum. idcirco virginẽ dicitur in vxorem accepisse qui à seipso corruptã, & stupro vitiatã vxorẽ duxit:siquidẽ per matrimoniũ subsequẽs præcedens vitiũ omno purgatur.ca.tanta.qui filii sint legit.atq; ita in hac quæstione opinionẽ istã tenent glo.in c. qualis.30. q.5.& in cap.sanè.in.1.de cleri. coniugat.& in ca.vnico,de cleri.cõiug. in.6.glo.& communis in dict. cap. debitum.Abb.in dict.c. sanè.Ant. & Ancha.sibi cõtrarij in.di.c. tanta. Ioan.And.Domi. & Franc. d. cap. vnico.s.Thomas in. 4.sentẽ. dist.27. q.3.Florent.3.parte, tit.28. capi.3.Sylucst.verb.bigamus.in princ.Ange. q.5. Capella Tolosana.219.&.254. & vtrobiq; Aufrerius.Archi.in cap.nemo.32.dist.vbi Domi.fatetur, hanc opinionem esse cõmunẽ:idem asseuerant Card.in dict.ca.sanè. Henri. in cap.1.de biga.colũ.4.Imola in dicto capi.sanè. Gonsalus à Villadiego in tract.de irregularitat.q.de bigamia.Ioan.Montaigna in tract. de bigamia. q.6. & Albertus Trotius lib.2.de vero & perf. clerico. capi.11. num.3.Ioan. in Summa confessorũ lib.3.tit.3.q.5.probatur q; veritas huius sententiæ ex his,quæ statim explicabimus ad rationem huius irregularitatis.

Quartò: bigamiæ vitium contrahitur ab eo,qui etsi vnicam, & virginem vxorem habuerit,eam tamẽ post adulterium ab ea commissum carnali coniunctione cognouerit, etiam adulterii ignorans.cap. si cuius vxorem.34.dist. & cap. seq. notant

tant Abb. Anania. & doct.in cap.3. de adulte.quorum opinio communis est,& obtinet,etiam si ex præcepto ecclesiæ adulteram vxorem inuitus cognouerit.Hostiē.in summa de bigamis. q.9. S. Thom. Palu. & alij in.4.sent.dist.27.q.4. Florent. in dict.capit.3.glos.in dict.capit. si cuius vxorem. & ibi Docto. Capella Tolosana.255. Aufreri. in clemē.1. de off.ordi.regula.1. fallentia.8. horum opinio tutior est secundùm Henricum in dict. ca.1. de bigamis. col.4. & magis communis vt asserunt Albertus Trotius in dict. ca.11. numer. 2.& Sylvester, verb. bigamia. q.1.licèt contrariam tenuerit Innocen.in capit.inquisitioni. de sentē. excom. & quidam alij,quorum sententiam vltimo loco retulit Ioan.in Summa confessorum,lib.3.titul.3. capitul. 9. imò & irregularis est qui adulterā post pœnitentiam sibi recōciliatam cognouerit.Anania in ca.3.de adulte.Feli.in cap.ius generale.colum.6. dist.1. idem sensit Ancha.consi.124. & sentiunt omnes, qui proximam opinionem probarunt.

¶ Huius verò irregularitatis plures tradūtur rationes,præsertim à glos. in summa.26.dist.etenim licèt matrimonium contractum cum corrupta verum sit sacramentum repræsentans per mutuum cōsensum coniunctionem Christi & animæ iustæ:non est tamen quo ad significationem omnino perfectum sacramentum:siquidem minimè significat coniunctionē Christi cum vnica, & immaculata sponsa ecclesia. capit.acutius.26. dist. cap. debitum. de bigamis.vnde bigamus cùm patiatur defectum quo ad significationem in sacramēto matrimonij,prohibetur item à sacramento ordinis. deinde pati non debet defectum in sacramento qui sacramenta ministraturus est.quibus,& aliis rationibus iure pontificio hæc fuit irregularitas instituta: quas equidem rationes tradidere Thomas & reliqui theologi in.4.sententia. distinct. 27. Ioan. in Summa confesso. dicto titu.3.quæstione secunda. Hostien.& alii Canonistæ paulò antè nominatim citati.

Hinc deducitur & illud dubium, quo quæri solet,quæ sit ratio , vxor corrupta efficiat maritum bigamū: non sic detur bigamia ex ipsius mariti corruptione,ita quidem,vt licèt ipse vir non sit virginitatis laureatē pore matrimonii præditus,non ex hoc efficiatur irregularis si virginē vxorem acceperit. & gloss. in dict. capit.debitum. de bigamis.tres vel quatuor rationes exponit,quas improbat eleganter S. Thomas in. 4. senten.distinct.27.q.3. scribens eam esse veram rationem: quia actus cōtrahendi,& contrahentis matrimonium non cadit super seipsum, sed super alterum coniugem: atq; ideo vitium corruptionis nullum efficit defectum quo ad corruptum , sed quo ad alterum. eandem rationem sequuntur Antonius in dict. capit. debitum.num.9.Henri:in cap.1. de bigamis.



bigamis. col. 4. & Sylvest. verb. bigamus.q.5.quæ quidem ratio communi omnium consensu probata videtur.

Patet deinde ex prænotatis, manifestā esse quorundam hæreticorum calumniā, qui Pauli apostoli verba ita acceperunt,vt dicerēt ex Pauli testimonio eum esse bigamum,& repelli qui eodem tempore duas vxores haberet:non autem eum, qui successiuo tempore secundam vxorem legitimè accepit:quasi hic non sit irregularis ex bigamiæ causa. horum impudens error iuris Pontificij manifesta interpretatione,& ipsius Pauli vero sensu refellitur:quod & præter canones à me superiùs citatos ostendit Albertus Pighius in controuersia.15. verficū.impudens verò calumnia.

Ex his etiam consequitur. Romanum Pontificem posse dispensare, vt bigamus in susceptis ministret, & ad superiores ordines accedat: cùm hoc vitium,aut impedimentū à iure humano Pontificio inductū fuerit:tametsi originem habeat hæc institutio à lege diuina veteri, & à gentilium ritu.quam sentētiam planè omnium consensus admisit:præsertim Sanctus Thom.in. 4. sentent. distinct.29.quæst.3.& inibi alij Doctores,Florent.3.part.titul.28.capit.3. glo.& canonistæ in capit. super eo. de bigamis.imò esse hanc opinionē communem fatetur Ioan. Montaigna. in tracta. de bigamia. quæst.7. quæ itidem obtinet adhuc de potestate ordinaria:quia per legem ipsam naturalem, diuinam, & humanam principi legislatori summo licet per dispensationem humanis constitutionibus derogare.ideirco hæc potestas ordinaria est:cùm lege sit data,& constituta:non autem absoluta: siquidē in humano principe potestas absoluta tyrannidi potiùs,quā legitimæ potestati tribuenda est: quod nos alioqui adnotauimus lib. 3.Variar.resolutio.cap.6.num.8. Qua ratione mihi non placet hac in controuersia quod quidam adnotarūt, maximè Henric.in capit. 1. de bigamis. colum.5. & Ioan.Staphileus de literis grat.& iusti.colū.vlti. asserentes,posse summum Pōtificem cum bigamo dispensare ex potestate absoluta,non autem ex potestate ordinaria. Nam,vt modò explicuimus, poterit Papa hac vti dispensatione potestate ordinaria. Non enim est de necessitate præcisa iuris diuini qua ad sacramentum ordinis, vt sacramentum sit, characterem q̄ imprimat, quòd ordines susceptūrus bigamus nō sit. is etenim bigamus etsi non sit ad ordines promouendus,si promotus fuerit characterem recipit,& ordinis sacramentū. capi. quicunq;.in.2.50. dist. & capi. pœnitens. notant omnes præsertim Hosti.in summa,titu.de bigamis.§.vlt. Anto.in dicto capit.debitum.de biga. Albert.Trotius in dicto capit.11. num.6.quorum opinio communis est theologorum, & canonistarum: quam & Ioan.Arboreus probat lib. 2.Theo-

2. Theosophiæ cap.16.solus autē Romanus Pōtifex dispensat super hac irregularitate secundum Innocent. & communem in dicto capi.super eo. quib⁹ ea ratio suffragatur,quòd bigamiæ irregularitas ab apostolis, & à veteribus vniuersalis ecclesiæ conciliis inducta fuit: & in his non est dispensatio expressim permissa: atque ideo episcopus minimè poterit dispensare iuxta communem resolutionē traditā in ca. at si clerici. §. vlti. de iudic. & maximis rationibus cōprobatam ab eruditissimo, prudentia & moribus admodum illustri.D. Didaco ab Alaua,episcopo Abulēsi,curiæ Granatēsis præside integerrimo in li.1.de cōciliis.ca. 2.nu.2.Sic sanè non posse episcopū dispensare in hac specie & irregularitate asserunt omnes paulò antè citati, quorum opinionem cōmunē esse fatetur Præpo.in.d.ca.lector.50. dist.eandem tenent Angel.verb.bigamus.Gonsalus à Villadiego de irregularit.q.vlti.Ioan.Montaigna in dict.tracta.de biga.q.7. qui & hanc esse cōmunem asseuerat.sed Card.à Turre Cremat.in.d.cap.lector.post Thomā in.d.q.3.& Sylvest.verb.bigamus.q.7.probare conantur,posse episco.dispensare cū bigamo in minoribus ordinibus.Quæ quidē opinio poterit admitti, quoties maxima subsit dispensandi causa:quēad modū Ludo. Gomeci. opinatur in tract.breuiū,nu.20.aut sanè vbi quibigamiā contraxit,eo tempore merus erat laicus:hæc etenim irregularitas quoad minores ordines tolli poterit episcōpi dispensatione, secundum Henri. in capit.1.de biga.in fine.Quasi eo authore sit secus dicendū in eo,qui post clericatū bigamię vitiū contraxerit,vt cum hoc nec in minoribus possit episcopus dispensare: hic enim ex hoc amisit omninò clerici & ecclesiastici ordinis priuilegium ipso iure,cap.vnico. de biga.in.6.& ideo nō potest idē ex episcopi dispēsatione recipere. Non inficior, hāc opinionē Henrici probabilem esse: eam tamen dubiam nimis esse censeo: illud certò sciens,etiam summum pontificem maxima cum difficultate in hoc bigamiæ vitio dispensare. Quod & post alios Ioan. Staphilæ. fatetur in dict. tracta.de literis gratiæ & iustitiæ:ad finem.

¶Verùm in hoc de bigamia tractatu est considerandum , homicidium commissum ante baptismū minimè efficere quem irregularē. c. Siquis viduam.50. dist. idq; omnes fatentur. At bigamia contracta ante baptismum dubiam efficit disputationem,an ex ea detur irregularitas: aut semel data per baptismum tollatur. Nam diuus Hieronymus in epistola ad Oceanum in ea est sententia, vt existimet,bigamiam ante baptismum contingētem minimè irregularem quem constituere.Huius opinionem Gratianus retulit in capitul.1.26. distinctio. eandem tuetur rursus idem Hieronymus super epistolam ad Titum, capitu.primo.

Glossa



Glossa ordi.& Nicol.Lyranus.1.ad Timothe.capitul.3.hoc ipsum probat textus in capitulo primo, trigesimatertia distinctione. ex canonibus Apostolorum cap.17. & defendunt Ioan.Maior in.4.Sent.dist.27. q.6.vers.dubitatur.& Iaco. Almain in distinct.25. quæstio.1. & Henri. à Gandauo ab eodem,& alijs citatus. Huius opinionis ea est ratio ,quòd bigamiæ irregularitas iure humano pōtificio statuta sit:& hoc nō ligauerit infideles:igitur irregularis nō est qui ante baptismū bigamiā contraxerit. deinde Paulus apostol⁹ cū scripsit, episcopū debere esse vnius vxoris virū, dubio procul de fidelibus iā baptizatis intellexit: idcirco de irregularitate à baptizato contracta apostolus tractat:nō de ea, quæ infideli ante baptismum aptari nequit: & præterea constat , per baptismū omnia peccata,etiam mortalia,& actualia tolli,ac dimitti. ca. gaudemus. de diuort. cap. deinde. 26.dist.notat. S. Thomas.3. part.q. 68.art.3.4. & arti.6.ergo & irregularitas,& si contracta fuerit, cùm sæpissimè absq; labe & crimine cōtingat,per baptismum tollitur. in contrariam sententiam itum est à diuo Augustino,qui in lib.de bono coniugali cap.18. opinatur,irregularem esse eū,qui ante baptismū vnā vxorē habuerit, & ea mortua, aliā post baptismū acceperit. Idem Gratian⁹ refert in.c.Acuti⁹.26.dist.quo in loco ad eandē opinionē citat Innocentiū primū in epistola.22.ad Ruffum & Eusebiū Macedoniæ episcopos cap.deinde. & in ca.penult.diuum Ambrosium.qui libr.1.de officijs.c. vltim. eandem sententiam probat. quam.S.Thomas & alij sequuntur in.4.sentent. dist.27.q.3. Canonistæ in dict.cap.gaudemus. Ioannes Arborc.lib.2.Theosophiæ cap.16.Iacob⁹ Almain in.4.sent.dist.33. q.2.rursus est & ad hoc tex.in cap.acutius. 29.qō.3.ex diuo Augustino in dict. capitulo. 18. libro de bono coniugali: cuius sententia recepta est omnium ferè consensu aduersus Hieronymum:cuius rationibus sic respondendum est.duabus equidem prioribus in hunc modum , quòd licèt lex pontificia non afficiat eius vinculo infideles dum infideles sunt: tamen si ipsi ad catholicam fidem transierint,& velint sacris ordinibus insigniri, non sunt ad eos admittendi,si habuerint ea vitia, & defectus,qui iure canonico impedimentum præstant.Cuius rei exemplum sit in corpore vitiatis. maximè quia in specie , quam Hieronymus tractat,bigamia contracta fuit post baptismum:cùm iam baptizatus secundas contraxerit nuptias. sic sanè diuus Paulus de baptizatis agit : hi enim,qui nondum Christi fidem susceperunt,non promouentur ad ordines sacros: & tamen baptizatus potest bigamus esse ob matrimonia contracta ante baptismum.postremæ autem rationi ex eo satisfaciendum est,quòd per baptismum tolluntur peccata omnia

exvi ſacramenti,& interiori confeſ
ſione ſaltem Deo facta cum pecca
torum pœnitentia,quo ad culpam,
& ſatisfactionem offenſæ diuinæ:
ſecundum Thom.in dict.q.68. arti.
3.&.4.nõ tamen quo ad fõrũ exte-
rius,nec quo ad iudicialem punitio
nem:quemadmodum ipſe tradidi
in lib.2.variat.reſolut. capi.10.nu.4.
nec item tolluntur per baptiſmum
defectus ſacramenti, quos ipſe in
fidelis patiebatur:nempe in contra
ctu coniugali, cuius cauſa carnem
ſuam in plures diuiſerit. Nam &
apud infideles matrimoniũ eſt le-
gitimum cõſenſu quidem:imo &
id dici poterit ſacramentum habi-
tu,licèt non actu:cùm abſq; fide ſa
cramentum ratum contingere nõ
poſsit.cap.quanto.& dict.cap.gau
demus.de diuort. quorum intelle-
ctum & nos explicuimus in epito
me ad.4.decret.2.parte:cap.1.§. vni-
co. nu. 4. Nec opinioni Auguſtini
obſtat tex.in.d.c.ſi quis viduã.&.c.
1.33.diſt.ſiquidẽ inibi probatur, biga
miã poſt baptiſmũ cõtingentẽ effi
cere quẽ irregularẽ, nõ tamẽ negat,
quòd idẽ non ſit, ſi ante baptiſmũ
ea cõtigerit. Quãuis huic ſolutiõi ſa-
tis refragetur Zonaras in ſcholij Ca
nonis.17. Quib⁹ tãdẽ fit,opinionem
Aug.magis receptã eſſe,& Innocẽ.
Papæ authoritate probatam fuiſſe.
¶Supereſt tñ adhuc ſcrupulus qui
dã,qui malè iuris vtriuſq; doctores
torquet.Horũ etenim quidam cen
ſent,irregularitatẽ ex homicidio an
te baptiſmũ procedẽtẽ, tũc per ba-
ptiſmũ tolli.cũ homicidiũ accide-
rit cũ peccato:quaſi in hac ſpecie ir
regularitas tollatur vt cõſequẽs pec
cato, quod tollitur per baptiſmũ:
ſec⁹ aũt dicẽdũ ſit, vbi homicidiũ
cõtigerit abſq; peccato,vt in iudice
eo ſi quidẽ caſu irregularitas nõ tol
litur per baptiſmũ quemadmodũ
probãt gl.in.d.c.ſi quis viduã.50.d.
vbi Archi.Domi. & Præpo. gloſſ.
Arch.& Præpo. poſt alios in.d.cap.
deide.26.d.Hoſti.Ioã.And.Anto.&
Anch.in.d.c.Gaudem⁹.Gõſal⁹ à Vi-
lladiego de irregula.c.vlt.regia.l.17.
tit.6.p.1. cõtrariã ſentẽtiã defendere
conãtur Calder.Abb.Card.& Præ
po.in.d.c.gaudemus. Innocẽt.in.c.
presbyterũ.de homi.Hẽric.in.d.ca.
gaudem⁹.Palu.in.4. ſent. diſt.4.q.1.
Ioan.Minor diſt.27.q.6. & Iaco. Al-
main.d.25.q.1.& diſt.33.q.2.Hoſti.in
ſumma.ti.de homicidio.§.qua pœ
na.verſ.& hoc.Sylueſt.verb.irregu
laritas.q.28.quorũ opinioverior eſt,
& eã rationẽ habet,quòd irregula-
ritas procedẽs ab homicidio ſolum
oritur ex horrore illo, quo afficit is
q iuſtè,aut iniquè aliũ occiderit.hic
verò horror per baptiſmũ aboleẽ:
& ideo irregularitas rõne homici-
diſ cõtingẽs ſiue homicidiũ ſit pec
catũ, ſiue nõ,per baptiſmũ aboleẽ.
Nõ ſic in bigamia rñdẽdũ erit:nã is
defectus minimè per baptiſmi ſacra
mẽtũ ſuppletur. Quamobrẽ poſte-
rior ſentẽtia magis applaudet: quã
fateẽ cõmunẽ eſſe Sylueſ.in.d.q.28.
¶Ingreſſus autẽ religionis eam irre
gularitatem tollit, quæ non proce
dit



dit à culpa,vel actu ipſi⁹ monachi:
nẽpe nataliũ defectum: non tñ eã,
quæ ab actu proprio deducitur: ſe-
6 cũdum glo.in.c.2.de Apoſtat. quæ
probari videtur authoritate text. in
auth.de ſanctiſ.epiſc.§.nullã. &.ca.
vlt.19. q.3. quibus cõſtat, ingratitu-
dinis cauſam quo ad exhæredatio-
nem filiorũ tolli per ingreſſum reli
gionis.Qua de re nos aliquot noui
ter adnotauimus in.c.Rainutius.de
teſta.in prin.nu.20.Quicquid tñ ſit
de ingratorũ filiorũ iure, & cauſis,
quo ad præſentem quæſtionẽ illud
potiùs obtinet, quòd quæcunq; ir-
regularitas minimè tollatur per re-
ligionis profeſsionem, niſi in caſi-
bus iure expreſsim ſtatutis:tametſi
religionis fauore facilior ſit diſpen
ſatio:quod notant Abb.& Anania
in dict.ca.2. Gõſalus in dict.q. vlti.
& Sylue.in dic.q.28 tradit Socin.in
cap.ad audiẽtiã.col.vlti.de homici.
¶De Neophytis potiſsimè contro-
uertitur, an hi ſint ad ſacros ordi-
nes,& altaris miniſterium admittẽ
diẽ De clinicis etenim Euſebius ſcri
bit lib.6.Hiſt.eccle.cap.33. olim non
licuiſſe clericũ fieri eum, qui in ne-
ceſsitate conſtitutus,morboq; grau-
at⁹ in lecto baptizatus fuiſſet: qui
vulgo Clinicus dicebatur. id verò
ea ex cauſa prohibitũ fuit,vt idẽ Eu
ſebius ſenſit,quòd nõdum reliqua,
quæ baptiſmũ ſubſequi ſolent, eſ-
ſent in hoc ſolenniter adimpleta,
nec Clinicus hic foret chriſmatis ſi
gnaculo conſummatus. extat verò
de his clinicis elegans Diui Cypria
ni epiſtola, quæ ſeptima eſt.libr. 4.
Neophytũ autẽ appello nouiter in
Chriſtiana religione plantatũ: qui
equidẽ multis authoritatibus exclu
ditur ab huius ſacramẽti ordinis ſu
7 ſceptione.Nã & Paulus Apoſtolus
prima ad Timothe.cap.3.inquit,nõ
neophytũ, nè fortè elatus in ſuper-
biam in iudicium incidat, & in la-
queum diaboli.hoc eſt in arrogan-
tiã,quæ eſt diaboli ruina: ſecũdùm
Gratianum in ſumma.48.diſt.Huc
pertinet quod ſcripſit Innocentius
Papa primus epiſto. 12. ad Aureliũ.
miſerum eſt,inquit,eum fieri magi
ſtrum, qui nondũ didicit eſſe diſci-
pulus.Nicæna item ſynodus cano-
ne.2.in ſpecie vetuit, Neophytum
ad epiſcopatum,vel presbyterium
admitti.c.quoniã.48.diſt. idem Di-
uus Gregorius lib.7.epiſt.111. ad Sia
grium epiſcopum,ca.vlt.eadẽ diſt.
inquit:Sicut Neophytus dicebatur
qui in initio ſanctæ fidei erat erudi
tiõe plãtatus:ſic modò Neophytus
habẽdus eſt, qui repẽtè in religiõis
habitu plantatus ad ambiendos ſa-
cros ordines irrepſerit.idem Grego
rius lib.8.epiſto.23. ad Fortunatum
Neapolitanum epiſcopum ſcribit,
neminẽ ad religionẽ cõuerſum an-
te biennium debere tonſurari. cap.
monaſterijs. 19. qõ.3. ſed & de Neo-
phytis cõcilium Arelatẽſe ſecundũ
ſub Sylueſtro Papa primò celebra-
tum ſtatuit,eos nõ eſſe ad diacona-
tus,vel ſacerdotiſ officium ordinan
dos:quod in eiuſdem ſynodi cano
ne.1.cõtinetur.idẽ prohibuit conci-

lium Laodicēse celebratū sub Liberio Papa. ca.3.apud Laodicēā Phrygiæ vrbē,prouinciale quidē, sed cō probatū in sexta synodo generali. Siritius Papa huius noīs prim⁹ hoc ipsum prohibet in episto.3. ad vniuersos orthodoxos,docens,vt neophyti sacerdotes nō fiant. sic & in Neocæsariēsi concilio ca.12. statutū est,q̄ in ægritudine baptizatus ad sacerdotium non admittatur : nulla quidē alia ex causa,quā quòd nondum sit satis in fide cōfirmatus.c.1. 57. dist. cuius inter eius singularia meminit Lud.Rom,sing. 416. est & optimus tex.in.ca.si officia. 59. dist. ex Vrbano papa,qui respondit,officia ecclesiastica gradatim dāda esse instructis iam admodū in christianæ religiōis documētis:quēadmodum & secularia. Officia verò ac munera publica reipublicæ secularis nō esse danda neophytis probat tex.iuxta intellectū gl.inibi in.c.cōstituit.17.q.4.ex Cōcil.Tolet.4.ca.63. de Iudæis etenim id scripsit Gregorius Nonus in.c.pe.de Iudæ. idē statutum fuerat in.c.cùm sit.eo.tit.ca. nulla.54.dist. ex cōcil. Toletano tertio capi.14.quod & in. dic.c.constituit.expressim traditur:quo in loco idem adiscitur de his, qui ex Iudæis sunt,vt hi apud Christianos officia publica minimè obtineant. Hos gl. intellexit esse Neophytos. quem sensum sequuti sunt Roma. in singul.672.Iason in rub.ff. de iusti.&iure.col.1.qua de re latè disputat Mōtaluus in.l.2.titu.3.libr.4.fori. cōtendens non esse Toletanum cōcilium intelligēdū de his,qui ex gēte Iudæorum Christi fidē susceperint,quos admitti ad officia secularia non est vetitum:sed de ipsismet Iudæis, & his:qui sunt sub eorū familia.hi etenim nō sunt apud Christianos ad munera publica eligēdi: nè Christianis præsint:regia.l.3. tit. 24.part.7.l.4.tit.3.libr.8.ordina.text. elegās in.l.vlti.C.de Iudæ. quæ procedit non tantùm iure ordinario, sed & delegationis rōne, vt nec ex cōmissione tāquam delegatus alterius posit Iudæus apud Christianos officia publica exercere: sicuti docet Iacob.de Nigris in rub.de offic.eius cui est mād. iuris.col.6.contra Marti.Laudensem ibi. Priuatam verò dignitatē poterit Iudæus obtinere: nēpe primogenium familiæ: vt probat Andre. Tiraquel. de primogenijs.q.66. nu. 40. & seq. Nec oberit tex.in.l.3.§.vlt.ff. de decurionib.ex quo constat, Iudæos posse esse decuriones.Nam vel lex illa est correcta, vel tractat de Christianis, quod paulò pòst examinabitur:aut tandē obtinuit ī municipio, quod Iudæos incolas, vel gentiles habet: non deeo, quod Christianorū legē obseruat, & eorum iurisdictioni, ac regimini subditur, & Christi fidem suscepit. Sed quæritur an Iudæus posit esse Chrīani tutor? & Fulgo.ac Mart. Laudensis in rub.ff. de iust.&iure.tenent, id fieri posse. tex.optimus.in.l.spadonē. §. iā aūt. ff.de excusat.tut.iam aūt Iudæi quoque non



que nō Iudæorū tutores erūt,quēadmodū cætera munera subeunt. Nātq̄ eos cōstitutiones solutos esse volunt solis illis rebus, per quas superstitio eorum pollui videatur.hactenus Modestinus ex latina Antonij Augustini traductione.Et tūverius est, quòd Iudæus tutor Christiani esse nō posit,nè prauis moribus pupillū,& Iudaicis superstitionibus erudiat. atq̄ ita licèt varijs rationibus tenet Bart. & Iason in rub. ff.de iust.& iure.Roma.in.l. pactū. C.de collat.num.11.Anania in rub. de iudæ.nu.7.Angel.Aretinus in.§. præterea.co.25.de exceptioni.Feli.in ca.cū sit.col.1.de iudæ.Soci.cōsi.70. lib.1.col.vl. & Bertac. de gabellis.3. part.q.8.qui,&Iason in dic.rubi.ff. de iust.& iur.intellexere.d.l.3.§. vlt. secundum primum & vltimū intellectus,quos paulò antè ipse tradidi.Non me latet,hac in cōtrouersia plura posse tradi, quæ de Neophytis discernēdis à veteribus, seu veteranis Christi militibus passim obuia sunt: nos tñ aliquot proponemus conclusiones ad quorundā canonum intellectum.

Prima cōclusio.Neophytus is propriè dicitur qui ex Iudaica lege,aut Mahumetica, vel ethnica nuper legē Christi professus fuerit:non is,q ex ipsa natiuitate iam Christi nomē acceperit: genus tarnē à Iudæorum gēte deducēs.hoc probatur ab ipsius dictionis propria significatione:& est cōmunis omniū,quos in hoc tractatu ipse legerim, obseruatio:ita etenim oēs iurisvtriusq̄ doc. dictionē istā acceperunt vel ipsius Pauli testimonio, qui non appellat Neophytū eum, qui è gēte Iudæorū,iam olim,iā diu legē Christi fuerit professus:alioqui & ipse Paulus Neophytus diceretur: eodēq̄ noīe reliqui apostoli cēseri rectè posset. Secunda cōclusio.Neophytus non est ad ordines sacros,nec adhuc ad minores prouchēd⁹.Probatur hæc conclusio in præcitatis authoritatibus diui Pauli,Cōciliorū, & sanctorum doctorū: quibus satis constat hāc cōclusionē verā esse. nā præter alios eā tradidit Ioan.in summa confes.li.3.tit.14.& Canonistæ in dictis locis paulò ante per me nominatim adductis.fuit verò olim,& nūc est maximè vtilis hæc prohibitio multis sanè causis,quæ eam iustissimam efficiunt.

Tertia cōclusio.Neophytus quacūq̄ ex lege Christianā religionē professus,tunc demū poterit ad sacros ordines, & ecclesiastica beneficia promoueri: cùm episcopo visum fuerit,cum iā moribus, & Chrīana disciplina satis instructum esse, ita quidē,vt iam veteranus Chrī miles cēseri iustè posit.tex.optimus in.c. 1.57. dist. ex quo Rom.id notauit in singul.416.Felin.in.c.cùm sit. de iudæ.Deti.col.3.in.c.eam te.de reseri. vbi est tex.secundū hāc cōclusionē intelligēdus.Nam ibidē Feli. & Ripa.num.31.fatētur, posse ad ordines & ecclesiastica beneficia admitti eū, qui non nuper,sed iā diu relicta

gentiliũ,aut Iudæorũ lege,Christia nã, & euangelicã fuerit professus. Sic deniq; multi fuere olim ad ordi nes sacros,& ecclesiasticas dignitates:admissi,qui è Iudaica, vel gentiliũ lege fidẽ Chri susceperũt, & tũ obvitę,& morũ probitatẽ,atq; ideo quia iã diu catholicæ religionis institutis fuerãt edocti, nomen Neophytorũ amiserant. Is siquidẽ Neo phytus non est, qui iã diu Chrianã religionẽ profitetur.vnde nõ est,ni si fallor,hæc irregularitas, quæ ad Neophytos pertinet,alijs oino similis:cũ nõ sit expectãda Romani Põtificis dispensatio:sed tantùm sit arbitrio episcopi considerandũ,an sit nouiter conuersus ad fidem iam dicendus veteranus miles Christianæ religiõis,vel ex morũ probitate, & integra legis euangelicæ instructione,vel ex antiqua,& veteri Christianæ legis professione:quod cautè discernendum erit.

Quarta cõclusio. Neophytus paulò ante Christianã religionẽ sacro baptismate professus nõ est nec ad secularia officia eligẽdus.hãc assertionẽ probat conciliũ Toleta.in.d. ca.cõstituit.17.q.4. & ibi gl.& Archid.post eos Anania & Felin.in.c.
8 cũ sit.col.1.de Iudæ.Iason in rub.ff. de iust.& iur.col.1.Roma.in singu. 672.quibus & ea ratio admodũ accedit,q; indecorũ sit,veteranis Chri militibus munere publico præfici eũ,qui paulò antè Christianam religionẽ vel idolorũ cultu, aut Iudaicis ceremonijs,& superstitionibus insectabatur.Potissimè hæc ipsa cõclusio est admittẽda:nè in superbiã Neophytus elatus in præcipitium ruat,& diabolica suggestiõe peior fiat,atq; à noua, & vera religione, quæ humilitatẽ docet, prorsus abstineat.quin imò & ipse Feli. in dicto cap.cùm sit. & in capit. Iudæi. de Iudæ.asseuerat, hunc neophytũ non esse testem idoneũ,nec ad testimonium admittendũ contra Christianum.citat ad hoc tex.in ca.non potest.2.quæst.7. ex Concilio Toletano quarto cap.62. vbi id minimè probatur.Concilium etenim de eo tractat,qui cùm Iudæus esset, Christianus effectus fuit, & tãdem pòst in legem Christi est præuaricatus: non autẽ de eo neophyto, qui nouam religionem Catholicè obseruat.vnde mihi non omnino placet hæc Felini sententia: licet eã sequatur Francis.à Ripa in dict.capi. eam te.num.30.libenterq; admonitos esse velim iudices,vt in ha opinione ad praxim recipiẽda cautissimè proprio,ac discreti viri arbitrio vtãtur.

Quinta conclusio.Qui iam diu catholicam fidẽ relicta,falsa religione suscepit,& miles est veteranus militiæ christianæ,nulla lege prohibetur ad sæcularia officia elegi, & admitti:imò regia constitutione expressim admittitur.text. celebris in l.6.titu.24.part.7.cuius meminit latè hãc conclusionem probans Montaluus in dicta.l.2.titul.3.libr.4. fori. hoc idem notant Felin. & Ripa in dict.capit.eam te.nu.31. Felin. in dicto capitu.cùm sit.de Iudæ.& licèt Regia lex indistinctè admittendos esse censeat ad publica munera eos qui relicta Iudæorum aut Maurorum lege Christo nomen dederũt, ipse tamen censeo eam legem esse intelligendam secundũ hanc quintam conclusionem in hoc,qui iam diu legem Christi veteranus profitetur:alioqui indecorum est, quòd apud Christianos præficiatur is in muneribus publicis, qui nuper falsam religionem mordicùs, & animo contumaci obseruauerat.



Sexta conclusio. Satis iure communi constat nec à beneficiis ecclesiasticis,nec à dignitatibus,nec à sacris ordinibus,nec ab officiis publicis,& secularibus prohiberi eũ, qui à tempore natiuitatis,ab ipsa quidẽ infantiæ ætate Christianus est, tametsi patrem,auum, aut proauum Iudæum, vel Saracenum habuerit. Hic etenim dubio procul Neophytus non est dicendus secundũ propriam huius dictionis significationẽ:licet vulgò apud Hispanos appelletur conuersus, aut Marranus. Hinc sanè apparet qualiter sit intelligendum quod scripsit Ioan. Staphilæ.de literis gratiæ,& iustit. col. vlti. ita enim inquit:cum Neophytis,qui vulgò dicuntur Marrani, dispensatur ad omnes ordines, & beneficia: dummodò ipsi semper vixerint vt catholici. Nam dispẽsatio ista necessaria non est in his, de quibus tractat hęc sexta conclusio, vt ipse opinor.Ipsi verò Iudæi, quod paulò antè notauimus, apud Christianos magistratus,& publica munera nequeũt obtinere, præsertim ea,quæ infamibus cõmitti non possunt.Nã Bart.per tex.ibi in l.vlti.C. de postuland. Anania in rubric. de Iudæ. colu.2.Iason in rub.ff. de iust. & iure. colũ.1. & Andre. Tiraq. in tract.de nobilit.ca.29. nume.12. existimant, Iudæum non posse aduocatum esse: cùm infames hoc officiũ minimè valeant exercere. l.1. §. ait prætor.in.2.ff.de postul.capi. infames.3. q.7. sic & Diuus Augusti. lib.vno adnotationũ in Iob, cap.30. appellat iudęorũ gentẽ ignobilem propter Christi occisionem.Quintilianus itẽ hoc ipsum testatur lib.3. c. 9.Est,inquit, & cõditoribus vrbiũ infame,contraxisse aliquã perniciosam cæteris gentem: qualis est primus iudaicæ superstitionis author: His equidem verbis Quintilianus, etsi impiè incusauerit Mosen, & eius leges, quæ ad Christi vsq; passionem sanctissimæ fuerunt,gẽtem tamen iudæorum infamẽ apud Romanos fuisse insinuat. Obiter etenim illud est animaduertendum, iudaicam superstitionẽ apud Quintilianum intelligendam esse iudęorum legem, quæ superstitio Iudaica appellatur in.l. quoniam multi. C.de hęreti.capi.Iudęi. 28. q. 1. capi. Auguriis.26.q.5.l.3.§.vltim.ff.de decurionibus.& licèt Alciat.libr.3. dispunctio. cap.8. & libr.10.C. locum Quintiliani ita intellexerit,vt Christianam religionem à Quintiliano

appellari Iudaicam superstitionem contendat: minimè congruit ea interpretatio ipsi Quintiliano, qui de Christo Iesu nequaquã egerit: cùm is nullam terrenam vrbem cõdiderit. Quod aduersus Alciatum adnotarunt Anto. August. de excusat. tutor. pagina, 367. & AEmilius Ferettus in prefatione ad Cornelium Tacitũ. Nec inficior quãdoq; ab ethnicis Chrianam religionẽ dictã fuisse superstitionem Iudaicam. Quod satis constat ex Arriano de dictis Epicteti capit. 9. Non tñ ita dicta est à Quintiliano, nec ab Vlpiano in. d. l. 3. §. vlti. vt constat ex. l. spadonum. §. iam autem & Iudæi. ff. de excusatio. tutor. quo in loco relatio fit ad Vlpiani responsum in. d. §. vlt. licèt Accursius id nõ satis perceperit. vn de communis est Bar. & omnium consensus, dict. l. 3. §. vlt. abrogatam esse per. l. vlt. C. de Iudæ.

HAEC verò sint satis pro prima huius operis parte, quæ hactenus de irregularitate in genere, & de quibusdam eius speciebus tractauerit: atq; ideo secunda subsequitur pars.

## Secunda Relectionis Pars.

### Ex secundæ partis Initio.

1 *Homicidium quid sit? & de homicidio voluntario.*
2 *Voluntate distingui delicta, qualiter sit intelligendum?*
3 *Maleficia, quo in sensu, fine, & proposito distinguantur?*
4 *Delictum, ex quo fuerit sequuta publica vtilitas, an sit puniendum?*
5 *Irregularitas ex voluntate occidendi, etiã perfectissima, non contrahitur. Ibiq; de interioribus actibus quo ad humanam legem agitur.*
6 *Conatus, qualiter sit in atrocioribus puniẽdus?*
7 *Intellectus ad. l. quisquis. C. ad l. Iuli. maiestatis.*
8 *Intellectus ad l. vnicam. C. de raptu virgi. & inibi de raptu monacharum.*
9 *Intellectus ad capitulum primum, de homicidio. in. 6. vbi de Assasinis tractatur.*
10 *interpretatio tex. in. l. is qui cum telo. C. de Sicarijs.*
11 *Veneni præparatio, aut ipsius propinatio animo occidendi cõtingens, an sit puniendа, morte non sequuta?*
12 *Parricidij crimen expenditur: & lex Pompeia de Parricidis explicatur.*

## Secũdæ huius Operis Partis Initium.

TAndem hic locus exigit, vt latiùs eã explicemus irregularitatem, quæ ab homicidio procedit: siquidem hæc in praxi sæpissimè contingat. Duas verò partes habet: prior de homicidio voluntario, posterior de casuali tractabit. Nam de necessario agemus in specie statim in Tertia huius tractatus parte. Vtriusq; sanè examen requiret, quòd genericè aliqua de homicidio præmittamus. Est igitur homicidium, corporis peremptio, authore



thore Augustino lib. 19. cõtra Faustum, capit. 23. capit. Homicidium. de pœnit. dist. 1. Corpus autem hic humanum intelligo, & animatũ, cùm alioqui peremptio non conueniat corpori inanimato: & de hominis occisione tracterur. Idem Augustinus libr. 1. de libero arbitrio, capit. si homicidium. 23. quæst. 5. scribit, homicidium esse hominis occisionẽ. Homo autẽ constat ex anima rationali, & carne, aut corpore: idcirco percutiens hominem mortuum, aut corpori inanimato caput abscindens non potest accusari homicidij. notat Bal. per textũ ibi in. l. 1. num. 19. C. qui accus. non possunt. idem in. l. sororem. C. de his quibus vt indignis. & in. l. ex hoc iure. numero. 10. ff. de iustit. & iure. atq; eadẽ rationẽ cõstat, nõ esse irregularem qui corpori mortui, & vita fũcti mẽbrũ abscideritt, animo illum hominem occidendi, si eum viuũ comperisset: quod notat Archid. in capit. periculosè. de pœnit. dist. 1. idem in cap. vlt. 15. q. 1. Doct. in cap. si aliquis. de homi. & Feli. in ca. sicut dignũ. eo. titul. colum. 4. Anania in cap. sicut ex literarũ. de homicid. co. vlt. Hippo. in. l. vlt. numer. 37. ff. de quæstio. Albert. Trotius de vero & perfecto cleri. lib. 2. cap. 20. nume. 7. Ludoui. Carreri. in pract. criminali. titu. de homicidio. §. 1. num. 21. & 22. qui tradit, hũc puniendum esse de iniuria mortuo illata iuxta illius iustam æstimationem, & æquissimam pœnam. argumento deducto ex. l. qui sepulchra. C. de sepulchro violat. l. 2. §. aduersus. ff. eo. titu. notat Matthæ. Afflict. in constitut. Neapo. libr. 3. rub. 56. præter ea, quæ de sepulchro violato traduntur iure regio in. l. 13. titu. 9. part. 7. l. 3. tit. 13. part. 1. l. 1. & l. 3. tit. 18. lib. 4. fori.

¶ Voluntariũ homicidiũ est, quod dolo nia lo animo occidendi committitur. leg. 1. in principio. & l. diuus. ff. de sicariis. l. in lege Cornelia ff. eo. tit. cap. 1. §. si quis hominem. de pace tenend. cap. sicut dignum. de homicid. docet Angelus in tracta. de malefic. §. scienter, & dolosè: ex hoc autem voluntario homicidio dubio procul contrahitur irregularitas: modò animum ipsum occidendi sequatur actus occisionis. Nam & irregularitas actum exteriorem requirit. tex. elegans in capi. vlti. 15. q. 1. & probatur ea ratione, quam superiùs exposuimus, in huius operis parte prima nume. 4. Hoc verò in loco voluntarium homicidium intelligo non solùm cũ occidens explicitè tendit ad occisionem, & occidere vult: sed & quoties eius voluntas tendit in eum actum, ex quo de per se, ac immediatè mors sequitur: non per accidens: siquidem voluntas peccantis, & agentis malum fertur in id quod fit & in omne illud, quod per se, non per accidens sequitur ex illo. Cuius assertionis sit exemplum in eo, qui Sempronium percusserit prauo animo volens ei iniuriam irrogare, ciusq;

eiusq; faciem cicatrice signare, non occidere: nec tamen potuit manum ita temperare, quin grauitet percusserit: ex eaq; percussione mors fuit sequuta. profectò hic erit homicida voluntarius: voluntas enim percutientis fertur in percussionem, & in omne id, quod immediatè, & per se non per accidens ex ea fuerit sequutum, & sic in homicidium ex percussione per se, & immediatè sequutum. Id manifestè sensit. s. Thomas. 1.2. q. 20. artic. 5. qui docet, peccata aggrauari ex euentibus, qui posteà succedunt, non solùm quando illi sunt præcogitati: sed etiam quando præter intentionem successerunt, si illi euentus per se, & necessariò sequuntur ex priori opere, aut saltem vt in pluribus ita illa eueniunt. probat hoc ipsum tex. in cap. vltim. de homi. in. 6. &. l. quoniã multa. C. ad. l. Iuliam de vi. l. 1. §. ex incendio. ff. de incẽdio, ruina, & naufragio. notat Caieta. in. 2.2. q. 64. artic. 8. sed quia multa lector passim cõperiet, quæ huic nostræ propositioni videãtur aduersari: præsertim quod voluntate, & proposito delicta distinguũtur: ca. cum volũtate. de senten. excom. oportet rẽ istam longiùs repetere aliquot prænotando, quæ dubitationem istam radicitùs explicent.

¶Primùm enim illud constitutissimum sit, delictum, aut peccatum cõmitti nõ posse absq; voluntate. malitia enim cuiusq; actus praui à voluntate procedit, quæ præcipua est in omni peccato: cũ prima causa peccati sit in volũtate, quæ imperat omnes actus humanos: peccatũ autẽ nihil aliud est, quàm actus humanus malus: quemadmodum probatur in cap. 1. 15. q. 1. ex Augustino lib. 1. retractat. cap. 15. qui asseuerat, peccatum non posse esse nisi voluntarium. idẽ docet Aristo. 3. Ethico. cap. 1. s. Thomas in. 1.2. q. 71. artic. vltimo. &. q. 72. art. 1. &. q. 76. omnibus eius quæstionis articulis. quo fit, vt qua ex parte in actu humano contigerit inuoluntariũ, ex ea quidem malitia abs sit, & omnino peccatum: quod & nos de ignorantia disputãtes explicuimꝰ in ca. Almamater. 2. part. §. 10. num. 7.

¶Secũdò ex proximè dictis constat, maleficia, crimina, & delicta voluntate distingui in hũc equidẽ
2 sensum, vt voluntariũ cõstituat delictũ: inuoluntariũ autẽ ab eo excuset, & liberet, cũ propter inuolũtariũ malitia cesset: ea verò ex voluntate procedat. igitur voluntas distinguit delictũ à nõ delicto, & peccatũ à nõ peccato discernit. cap. cũ voluntate. de sent. excom. l. qui iniuriæ. ff. de furtis. l. verũ. in princi. ff. eo. tit. l. quod reipublicæ. ff. de iniur. sunt & ad hæc plures authoritates, quibus passim hoc ipsum cõfirmatur. delictum siquidẽ, aut peccatum nequaquã potest accidere, nec constituiabsq; malitia illud cõmittentis: quæ quidẽ malitia minimè datur ex inuoluntario.

Tertiò cõsiderandum est, volũtatẽ ferri quandoq; in actũ homicidij directè, & per se: quandoq; indirectè, & per accidẽs. directè quidem fertur volũtas in homicidiũ, quando quis animũ habet occidendi: & hæc est perfecta, propriaq; homicidij malitia. l. 1. C. de sica. l. 1. §. diuus. ff. eo. tit. indirectè autẽ, & per accidẽs fertur volũtas in homicidium, quoties ferturꝰ id, ex quo immediatè, & per se, non per accidens homicidiũ sequitur. Nã in id, quod per accidens seqtur, nullo modo fertur volũtas nec directè, nec indirectè. erit sanè huius assertiõis exẽplum, quod S. Thom. exponit in. 1.2. q. 76. art. 4. dicẽs, quòd causa peccati non est directè voluntaria, sed indirectè, & per accidẽs, quando quis vult bibere vinũ immoderatè, fertur qui dẽ tũc voluntas directè in potũ immoderatũ: indirectè autẽ, & per accidẽs in ebrietatem, quæ fuit sequuta directè, & immediatè ex potiõe immoderata. Hæc deniq; Thomas, cui adiiciam libenter Paluda. in. 4. sent. dist. 32. q. 1. art. 3. col. 5. & Panor. in cap. quia diuersitatem. de cõcess. præb. num. 3. iuncta glos. ibi, verbo, suspensus. & numero. 11. ex quibus ipse colligo, voluntatem huius bibentis vinum immoderatè minimè ferri nec directè, nec per accidẽs in id, quod ex ebrietate fuerit per accidens sequutum præter spem. Dicitur autem magis, vel minùs indirecta voluntas in homicidiũ: quoties actus per se volitus, aut voluntate comprehensus, magis vel minùs tendit ad ipsius homicidij periculũ: sicut deducitur ex diuo Thoma. 2.2. q. 64. artic. 8. ad. 1. & ibi Caietan. præsertim in responsione ad. 3. & in versi. & confirmatur authoritate Augustini. idem apparet ex eodem Thom. 1.2. q. 20. articu. 5. cuius paulò antè mentionem fecimus. Huic verò propositioni & alia conueniunt, quæ tradentur in. 3. huius operis parte, quæstione de ebrio: & in illationibus statim examinandis.

Interim tamen hac in controuersia expendere conabor duo Iurisconsultorum responsa, quæ mihi videntur pari ferè ratione proposita, dissimilima censeri. Extat enim apud Vlpianum in. l. 3. ff. ad. l. Cornel. de Sicar. hoc cuiusdam Senatusconsulti testimonium. Sed ex Senatusconsulto relegari iussa est ea, quæ non quidem malo animo, sed malo exẽplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea, quæ acceperat, decessit. Paulus verò in. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. ita inquit. Qui abortionis, aut amatorium poculum dant, & si dolo non faciant, tamen quia mali exẽpli res est, humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur: quòd si eo mulier, aut homo perierit, summo supplicio afficiuntur. Hæc Iurisconsultus. Vnde cùm in vtroq; responso probetur, dolum abesse, & excludi: proponatur tamẽ res mali exempli: mirum fortasse videbit, cur morte secuta in vno casu delin

delinquens relegatione, in altero vltimo supplicio puniatur? His accedit quod Aristoteles i libris de moribus, quæ magna moralia vocantur, narrat, cùm fœmina poculum amatorium dederat amatori, & eũ interemerat illa potiõe, in iudiciũq; Areopagi vocata esset, elapsam illã fuisse seueritatem iudicũ nulla alia de causa, nisi quòd planum factum esset, ipsam eo maleficio ex consulto, & dolo nõ vsam. Dederat enim philtrum amoris causa, quanuis fine suo excidisset. Vnde intelligi poterat, non esse id sponte factum: nec enim obesse voluit, sed prodesse. Hyllus etiam frementi Herculi patri apud Sophoclem in Trachinijs apertè rem exponit dicens, Deianiram, cùm putasset corpori ipsius iecturam quod conciliandi amorẽ vim haberet, reuocandiq; abalienatum ipsius animum, peccasse errore quodam non voluntate. Cicero item in.3.lib. De natura deor. Nec enim, inquit, Herculi nocere Deianira voluit, quum ei tunicam sanguine Centauri tinctam dedit. Sed ad Iurisconsultorum responsa regressus, illud asseuerare constanter non verebor, ideo apud Paulũ vltimo supplicio delictũ puniri, quòd ille actus ex propria vi, ac natura maximè tendat in periculum mortis, aut graussimæ læsionis: siquidem abortio ipsa ob corporis dissolutionem valde periculosa est: poculaq; amatoria in hoc propinantur, vt iudicium amatoris perturbent, mutent, & euertant. quo fit, vt licèt dolus absit, nec is actus fuerit factus animo occidendi, & ideo per se, & directè nõ possit dici homicidium voluntarium: indirectè tamen, & per accidens dicatur ea occisio voluntaria magis: quia actus per se volitus, aut voluntate comprehẽsus magis tendat ad ipsius homicidij periculum. Vlpianus verò eum casum exposuit, in quo poculum datur ad conceptionem, quod non est ita periculosum, quippe quod confici soleat ex his, quæ vires corporis augent, hominesq;, & fœminas natura debiles, medicamine ipso fortiores ad generationem reddit. qua ratione non ita tendit actus hic volũtate comprehẽsus in periculũ mortis, vt tendit ille, quo abortiõis, vel amoris causa pocula ministrantur.

¶Quartò proximè adnotandum erit, tunc verè dolũ homicidio voluntario perfectum adesse, quoties voluntas occidentis directè, & per se in actum homicidij fertur: & sic habet homicida occidendi animũ. dict. l. 1. §. diuus. l. in lege Cornelia. ff. de Sicarijs.

¶Quintò illud est omnino animaduertendum, quòd ad punitionem ordinariam homicidij præcipuè attenditur verus animus occidendi, perfectus inquam dolus, & tandem voluntas directa in ipsum homicidij actum, in ipsamq; hominis occisionem: ita quidem, vt quoties homicidium voluntarium sit, voluntate tamen indirecta, & per accidens





accidens contingenti, tunc pœna ordinaria remittatur, in aliamq; cõmutetur: quasi minuatur peccatum pro ratione indirectæ voluntatis, & ob imperfectionem voluntarij. Nam authore sancto Thoma. 1.2.q. 76.art. 4. voluntas per accidens tendens in peccatum minuit culpam peccati. idem probat tex. celebris in dict. l. in lege Cornelia? cuius mentionem agemus inferiùs ad apertiorem huius quæstionis resolutionẽ: & deinde ad intellectum capit. vltimi de homici. in. 6.

¶Sextum hoc in loco non incongruè proponitur, peccata, & maleficia quo ad exteriorem actum, saltem materialiter, vt ita loquar, minimè distingui ex proposito fine. quemadmodum docet. S. Thomas 1.2.q.18.art.6. cuius hæc sunt verba: Aliqui actus dicuntur humani in quantum sunt voluntarii, sicut supra dictum est. in actu autem voluntario inuenitur duplex actus: scilicet actus interior voluntatis, & actus exterior: & vterq; horũ actuũ habet suum obiectum. finis autẽ propriè est obiectũ interioris actus voluntarij. id autem, circa quod est actio exterior, est obiectum eius. sicut igitur actus exterior accipit speciem ab obiecto, circa quod est, ita actus interior volũtatis accipit speciẽ à fine, sicut à proprio obiecto: id autẽ, quod est ex parte voluntatis se habet vt formale ad id, quod est ex parte exterioris actus. qa voluntas vtitur membris ad agẽdum sicut instrumentis. Neq; actus exteriores habent rationem moralitatis, nisi inquantum sunt voluntarij. & ideo actus humani species formaliter consideratur secundum finem, materialiter autem secundum obiectum exterioris actus. vnde philosophus dicit in quinto Ethicorum: quòd ille, qui furatur vt committat adulterium, est per se loquendo magis adulter, quam fur. Hactenus diuus Thomas, qui & in eadem. 1. 2. quæstione. 72. articulo. 1. ascribit, peccata distingui, & differre secundum obiecta: & idem esse distingui secundum obiecta, & secundum finem. quia omnis actus, quatenus à voluntate procedit formalem habet speciem à fine, & sic ab eius obiecto. hic autem finis semper est ad rationem boni existentis, vel apparẽtis: siquidem malum est prẹter voluntatẽ, & voluntas quo ad finem semper habet rationem boni: quemadmodum idem Thomas explicat. i. 2. quæstione. 8. articul. primo. ex Dionysio capitulo quarto, de diuinis nominibus. & Aristotele secundo Physicorum. actus autem voluntarius semper consideratur ad distinctionem peccatorum, & fit hẹc distinctio propriè per se secundum eundem Thomam prima secundẹ, quæstione. 72. articulo primo. interior verò actus semper distinguitur secundum finem: exterior autem materialiter secundum obiectum, in quo exercetur: idcirco ma-

leficia ex proposito fine non sunt distinguēda, nec commodè distinguuntur. idem vlteriùs constat, si actuum humanorum distinctionē exposuerimus, ex Aristotele.2. Ethicorum capitu. 6. Diuo Augustino libr. contra mendacium cap.7. Sancto Thoma.1.2. quæstione.18. maximè articul. 8. capit. venerabilibus. §. penultimo. de senten. excommu. in. 6. sunt enim actus quidam ex propria natura adeò mali, quòd nō possunt aliqua ex causa licere, nec ex aliqua circunstantia esse boni: vt adulterium: incestus: stuprum. & in his actibus planè constat, verum esse, quòd ex fine non possint licitè cēseri, nec iustificari. sicuti obiter ipse notaui in Epitome ad. 4. de cret. 2. part. capitulo. 3. §. 4. numer. 5. & in reg. peccatum. secun. part. §. primo, numero. 5. sunt & quidam actus suapte natura mali, qui tamē aliqua ex causa licere possunt, & permittuntur. vt homicidiū. quod licèt ex se malum sit, permittitur tādem ad defensionem. in hac actuū specie dictat iuris diuini & humani ratio, quòd in dubio delictum, & prauum agentis animum præsumamus, donec veritas constet. capitu. 1. de præsumptioni. Alii actus sunt ex propria eorum natura boni. qui etsi posit contingere mali ob aliquem malum finem, ob prauam circunstantiam. attamen in dubio præsumendus est bonus agentis animus. Sunt deniq; & alii actus indifferentes, qui possunt esse mali, vel boni ex fine, & propter circunstantiam aliquam: vt risus: deambulatio: & his similes. in his equidem obseruandum est, quòd erit in dubio adsumenda in meliorem partem, & sic in bonum interpretatio. l. merito. ff. pro socio. cap. estote misericordes. de regul. iur. l. vlti. tit. 10. part. 5. de quo latè tractauerūt è iunioribus Hippo. in rubr. ff. de fideius. nu. 46. Francisc. Niconitius in repe. rub. ff. de noui oper. nuntiat. Andreas Alciat. in tractat. de præsumptioni. regul. 3. præs. 1. Abb. Anania, & Felin. in. ca. cùm dilecti. de accusat. per tex. ibi. qua ratione Bart. eleganter scribit in. l. quoties. §. 1. ff. de hære. instit. quòd si probetur, aliter dictū à cōtrahentibus, vel testibus, quàm scriptum fuerit à tabellione, præsumendum erit, id errore potiùs quàm dolo scriptū fuisse. Quā sententiā probarunt Andre. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsump. 13. nu. 10. & Hippo. in. d. rub. de fideius. num. 56. Ego verò perpēsa hominū malitia, & præsertim his consideratis, que frequenter solent à tabellionibus dolo, & fraude commiti, non facile admitterem hanc opinionē, nisi apud me probatissima foret ipsius tabellionis rectitudo. Igitur actus exteriores boni per se, aut indifferentes omnes sunt præsumendi boni, nisi ex inordinata voluntate, aut malo fine mali iudicentur: imò simpliciter hi actus boni dicūtur: moraliter autem boni, vel mali ex recta, vel inordinata voluntate, ex



te, ex bono vel malo fine praui, aut boni censendi sunt: actus veto ex sua natura mali, & sic peccata, non possint esse boni, nec distingui ex fine, aut bona intentione: secundū magistrū sententia. in. 2. dist. 40. post Augustinum super Psalmum. 31. & in homilia. 7. lib. quinquaginta homiliarum. c. fortè. 14. q. 5. quo fit, vt delicta voluntate distinguantur. id est ex ratione voluntarij, & inuoluntarij: vt paulo antè ostendimus, proposito autem, & fine minimè distinguantur, nisi qua ex parte finis refertur per rationē propriā ad actum voluntatis: & ideo quia finis refertur ad actum volūtatis interiorē, cuius obiectū est, actus autem exterior habet pro obiecto id, in quo ipse omnino exercetur, & voluntas fertur in obiectum peccati secundum quod ipsum peccatum distinguitur: ideo idem est id quod peccata distinguantur secundum obiecta, & secundum fines: authore Thoma in dict. quæst. 72. articu. 3. ad primum. Ergo proposito maleficia distinguuntur quatenus propositum ad voluntatis actum spectat, & sic idem est voluntate, & proposito distingui delicta. dictō capitul. cum voluntate. l. qui iniuriæ. ff. de furtis. cum similibus paulò antè citatis. de quo latè Hippoly. in. l. prima. §. diuus. ad finem. ff. de Sicariis. & ī singulari. 176. post alios, quos ipse refert.

Hinc sanè poterit expendi quæstio elegans qua solet controuerti, an delinquens puniendus sit, si sequatur ex delicto publica vtilitas: 4 etenim ex crimine per se nihil bonum sequi potest, per accidens autem poterit bonum aliquod ex malo procedere, & deduci. sic sanè fur furripiens alteri proprias res, & eas sibi rapiens inter aliena supellectilia literas proditionis reipublicæ inuenit, quo factum est, vt detecta proditione salua fuerit respublica: vtrum hic sit furti puniendus, in declamationibus Seneca disputauit lib. 10. declamat. quæst. vlti. nec Anchar. ausus est definire in capit. Canonum statuta. de constitu. Folio. 19. colum. tertia. est tamen hęc dubitatio ita definienda, vt si quis alienas res furripuerit animo furandi, & voluntate in furtum directa, & sic in rem illicitam, peccet peccato furti, in cuius obiectum voluntas huius furantis fertur, & omnino puniendus sit: licèt ex accidenti proditionis literas inter furtiuas res inueniens maximum reipublicæ periculum detecta proditione impedierit, & vitauerit. probat text. in capitu. religentes. 23. quæst. 5. cuius meminit ad hāc ferè quæstionem Panormit. in cap. nouit. de iudic. numero. 29. quòd si quis res alienas furripuerit, non vt eas furto sibi habeat, & acquirat, sed vt proditionis literas intercipiat in maximum reipublicæ obsequiū, suspicione ductus, quod proditio à domino rerū tractabatur, vel quòd apud eum erant proditionis literæ, hic maximè laudandus est, non pu-

niēd⁹ nec furti peccatū habet: qppe qui non animo furandi, nec contrectandi res alienas domino inuito hoc admiserit facinus, sed vt interciperet proditionis literas, quod licitum eidem erat. Deducitur hoc ex capi. dixit Sara. ad finem. 32. qō. 4. ex. l. 2. §. postea cū Appius. ff. de origine iuris. quem text. mirabilē esse asserit Barbat. in capitulo. intellexi-mus. de iudic. columna tertia. commendat Roman. cōsil. 310. notant in specie hanc distinctionem Felin. in capitulo primo. columna vlt. de pręsumpt. & Hieron. Cagnolus in dicta. l. 2. §. his legibus latis. colum. 3. ff. de orig. iur. Nec tamen est simile quod iurisconsultus scribit in. l. 3. §. in bello. ff. de re milit. text. in capit. vlti. ad finem. 22. qō. 2. ex capit. 24. primi Regum. quibus probatur, puniendum fore eum, qui aduersus præceptum ducis belli quicquam egerit, etiam si id in victoriam fœlicem cesserit reipublicæ. commendat Cremensis in singul. 150. hoc ipsum intelligens, nisi aliquid nouè post ducis præceptum acciderit, quod aliud suadeat fieri, nec possit commodè ipse belli dux cōsuli: idem Rochus Curtius in capi. vltimo. de consuetudi. folio paruo. 27. columna. 2. est etenim hæc militaris disciplinæ lex iustissima, vel ea ratione, quòd in bello obedientia sit admodum vtilis reipublicæ, & trāsgressio imperij valde perniciosa: quippe quæ cum maximo reipublicæ periculo plerunque exerceatur: sicuti, tradit Felinus in capitulo, causam. columna penult. de iudic. idem Felin. in capitulo, illud. de maioritat. & obedient. Accedunt iuri memorabilia maiorum exempla. Posthumius Tiburtius filium fortissimum adolescentē Aulum Posthumium, quòd sua sponte iniussu patris egressus hostes fudisset, capite plecti, & securi percuti iussit: authore Valerio Maximo libro. 2. capite secundo. de disciplina militari. quod facinus graui vsus argumento Titus Liuius libro quarto primæ Decadis, non Posthumio, sed. l. Manlio Torquato tribuendum esse censet. is enim. L. Manlius, aut. T. Manlium Torquatus filium. T. Manlius securi coram omni exercitu percuti fecit, quòd inscio, & ignorante patre cum hoste Gemino Metio duce Tusculanorum prouocatus pugnauerat, & prouocatorem hasta confodisset. quod & Valerius Maximus refert libro nono, capite. de ira. ex iunioribus hæc & alia tradidere Erasmus in prouerbio. Manliana imperia. & Claudius Cottaræus de iure militari, libro tertio, capitulo. 7. Plutarchus ex veteribus in Parallelis cap. 25. qui idem de Epaminōda, & eius filio Stesibroto, scribit.

His profectò vtcunq; melius potuimus prēnotatis circa voluntariū homicidium: quo ad irregularitatem, & quo ad huius criminis punitionē multa in specie deducemus, ex quibus possit commodè percipi quid



pi quid in hoc tractatu respondendum sit, prēsertim ad intellectum, veramq; iuris Pontificij, & Cæsarei decisionum interpretationem, quæ hac in re passim commemorantur.

¶ Primò constat ex his, neminem irregularem constitui, nec decerni ex deliberata valde occidendi hominem voluntate, etiam si ea ex causa cum telo armatus insidias alteri intenderit: modò ipsum nec occiderit, nec ei membrum amputauerit. quod probatur in capitu. vltimo. 15. quæstione prima. capitulo. sicut. 32. quæst. 2. text. optimus in capitu. cogitationis. de pœni. distinct. 1. l. cogitationis. ff. de pœnis. tenet in specie glos. in capit. si aliquis. de homi. vbi eam sequuntur Doct. cōmuniter, sicuti asserit Albertus Trotius de vero, & perfect. cleri. lib. 2. ca. 20. nu. 5. idem tenent Felin. in capi. sicut dignum. col. 4. vers. tertiò fallit. de homi. Hippo. in. l. is qui cum telo. col. vlti. C. de sicarijs. idem Felin. in tracta. quando conatus. versi. sextò fallit. est ad hoc glo. singula. in capi. periculosè. de pœnit. distin. 1. etenim licèt Anani. in dict. cap. si aliquis. Trotius, Felin. & Hippol. ex dicta gloss. contrarium adnotauerint, verè iuxta eius integram literam, quæ in aliquot codicibus desideratur, communem opinionē probat. ita equidem legitur. Sed nunquid dices irregularem clericum, qui homicidium voluit facere, nec fecit, quia non potuit? non credo, quod sit irregularis tanquàm de homicidio, licèt sit voluntarius homicida: quia lex promotionis potiùs opus considerat, quàm voluntatem. 15. qō. 1. ca. si quis non iratus. 32. q. 2. cap. sicut. licèt sit homicida quo ad Deum: infrà eod. capi. si cui. vbi tamē factū sequitur, grauius est peccatum. hactenus glos. quæ manifestam facit pro communi opinione authoritatem.

Obiscitur tamen huic opinioni, tex. in capit. Si cui. de pœnit. distin. 1. capitu. Si propterea. ead. distin. & deinde præceptū illud: Non concupisces. quo inordinatus mentis, etiā solius appetitus, eiq; præstitus consensus palàm prohibetur, textus. ad idem celebris in. l. si quis cum telo. C. de sicar. vbi punitur solus occidendi animus cum exterioris actus conatu. probatur idem in. l. si quis non dicam rapere. C. de episcop. & cleric. & alijs plerisque authoritatibus, quibus constat, conatum puniri vtroq; iure. His accedit, quòd secundum sanctum Thom. in. 1. 2. qō. 20. artic. 4. & Card. Caiet. ibi: Cardi. item à Turre Cremata in cap. si quis non dicam rapere. de pœnitent. distinct. 1. actus exterior non addit in bonitate, & malitia ex fine actui interiori: tametsi finis consequutus addat in bonitate, & malitia voluntati bonæ, vel malæ ex fine. non enim actus exterior addit aliam malitiam, aut bonitatem actui interiori ex parte finis de per se: eandem tamen malitiam, vel bonitatem intendit varijs quandoq; modis: imò secundum materiam, & circunstan

tias actus exterior, vt termin' actus interioris, addit aliquid bonitati, vel malitiæ ipsius actus interioris. text. ad idem in capitu. Sed pensandum distinctione sexta. gloss. optima in capitu. primo. de eo, qui mittitur in posses. caus. rei seruand. Ergo actus interior mentis, præsertim cum exteriori conatu puniẽdus est, & puniri poterit.

Sed & his rationibus respondendum erit, lege diuina interiorem actum, vt pote eius legislatori cognitum puniri, vel præmio affici: non ita lege humana, quæ in actum interiorem potestatem non habet. quod alibi latiùs adnotauimus. Quòd si actus interior in exteriorẽ conatum erumpat, is optimè legi humanæ subijcitur. Deinde illud est adnotandum, voluntatem non esse vel in malis, vel in bonis perfectam, nisi sit talis, quæ opportunitate data operetur. Etenim si desit facultas voluntate existente perfecta, vt operaretur quis, si posset: defectus perfectionis, quæ est ex actu exteriori, est simpliciter inuoluntarium. Inuoluntarium autem sicut non meretur pœnam, vel præmiũ in operando bonum, aut malum, ita non tollit aliquid de premio, vel de pœna, si homo inuoluntariè simpliciter deficiat ad faciendum bonum, vel malum: authore Thoma in dicto articulo quarto. quod Caietanus ibi intellexit accipiendo bonum, vel malum moraliter: non tamen secundum hanc, vel illam humanam legem, quæ actus interioris exequutionem exigit per exteriorem operationem.

Hinc deducitur, quo ad pœnam irregularitatis non esse animum, voluntatem, nec actum interiorem considerandum: imò nec conatum ipsum. Quod modò explicuimus. Cùm ipsa lex pontificia quantum ad hoc verum actum homicidij, aut mutilationis exigat: quod & Henric. post alios docet in capit. 1. de eo, qui mittitur in posses. & ibi Card. Secundò inde apparet, idem esse quo ad excommunicationis, & cẽsuræ ecclesiasticæ pœnas. Quibus minimè afficietur qui deliberatissimum animum habuerit, omninoq; conatu curauerit agere id, cuius causa excommunicatio est indicta. glos. elegans in capit. in audientia. de sententia excommunicatio. communiter inibi recepta. Card. in Clement. 1. quæstione. 3. de vsuris. Felin. in dicto tract. quando conatus. versi. sexto fallit. de quo & ipse aliqua scripsi in repeti. capit. Alma mater. de senten. excom. in. 6. prima parte. §. 10. nume. 15.

Tertiò infertur, in. d. l. si quis non dicam rapere, nõ puniri lege huma
6 na interiorem tantum actum mentis: sed exteriorem: nempe ipsum conatum, qui per exteriorem operationem processit. Nam in atrocioribus criminibus conatus ipse puniendus est: secundum Bald. per textum ibi in dicta lege. si quis non dicam. glo. verb. putamus. ibi communiter probata in lege prima. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iuris: vbi Romanus. regia lege secunda, titulo trigesimo primo, partita septima. & est omnium communis sententia post Ginum in dicta lege. si quis. probat idem textus elegans in capitul. primo, de homicidi. in sexto lex, quisquis. C. ad legem Iuliam maiestatis. glossa in. l. præsenti. C de his, qui ad ecclesiam confugiunt. quam dixit esse peregrinam Felinus in tractatu, quando conatus. versicul. Fallit quintò. Nam si homo magnum aliquod scelus, aut eiusmodi tentat patrare crimina, in quibus magna calamitas aut graue admodum exitium futurum est, procul dubio leges humanæ inceptum facinus, acsi consummatum esset, punirivoluerunt. Non enim secùs censuere eum, qui tam atrox dirumve facinus moliri ausus fuit, quique ad tam exitiale scelus animum induxit, pœnis affici oportere, acsi illud opere consummasset: quod in leuioris noxæ criminibus, & vbi non est tanta sceleris magnitudo locum nõ obtinet. Huc pertinet quod cicero in eleganti pro Milone oratiõe ad exaggerandam inuidiam, ad improbandum grauissimum scelus tẽtatum equidem causa occidendi Pompeium illum Magnum, in quo totius reipublicæ salus, & maiestas periclitabatur, incusans Clodii seruum in æde Castoris cum sica, vt Pompeium trucidaret, deprehensum fuisse, in hunc modum loquitur: Nisi quia res perfecta non est, ideo punienda non fuit, quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur. Minus dolendum fuit re non perfecta: sed tamq; puniendũ certè nihilominus. Hæc Cicerò, cuius ad hanc distinctionẽ meminit Alexand. ab Alexan. dierum genialium libro. 2. capit. 16. ad idem facit quod notant Bartol. in l. 1. C. ad legem Pompei. de parricidiis. & Salyc. in. l. 1. C. de maleficiis. quòd si & in his atrocioribus affectus fuerit intra animum retentus, nec ad opus aliquod exterius eruperit, nulla pœna humanæ legis huic affectui nocet, nec pro eo constituenda est: quemadmodum regia lex præcitata, & aliæ, quas ex iuris ciuilis responsis adduximus, probant. siquidem, vt inquit Cato, voluntates, nec legibus, nec pœnis fiũt obnoxiæ.

Verùm circa illationem istam non leuis est controuersia: an conatus in atrocioribus criminibus sit ordinaria pœna delicti perfecti & cõsummati puniẽdus. Sunt etenim qui censent, conatum in his criminibus, etiam deductum ad proximum ipsius consummati sceleris actum, etiamsi non stet per conatũ, quin illud peregerit, sed aliquo exteriori impedimento fuerit impeditus, eadem lege, non tamen eadem pœna puniendum. Hanc opinionem probant ex text. in ca. sicut dignum. §. illi autem. de homicid.

cui respondere possumus, in eo casu conatum non fuisse deductum ad proximum ipsius perfecti criminis actũ: nec conantem fecisse quicquid agere ad actus perfectionem potuisset. & nihilominus eandem sententiam tenent Cinus in dict. l. si quis non dicam rapere. colũ. 2. & ibi Salycet. Angel. de maleficiis. in glo. Sempronium mandatorẽ. col. 2. Thomas Gramma. voto. 20. & decisione. 74. num. 12. Cæpola in cõs. vlt. col. penult. Andre. Isernia in ca. 1. §. si vero. de capita. qui curiã vend. Felin. in tracta. quãdo conatus. col. vlti. quanuis ipse non ita in specie hoc asseuerauerit. sed & Cini opinionem probant Thomas Grãmati. decisione. 2. numer. 22. Ioan. Bernard. in pract. cap. 91. & est communis opinio secundũ Hippo. in cõs. 105. col. 1. tradit in dict. l. is qui cum telo. C. de sica. eandem opinionem fatetur communem Thomas Gramat. in voto. 8. col. vlt & Ludoui. Carreri. in pract. criminali: rub. de homicidio. §. 2. num. 19. qui, & Hippo. plures authores ad id citarunt.

Contrariam tamen sententiam, quòd in atrocioribus criminibus puniatur pœna ordinaria conatus ipse ad aliquem proximum actum deductus: ita vt per ipsum conantem non steterit, quin fuerit scelus omnino cõsũmatũ: probat tex. elegans in cap. 1. de homicid. in. 6. cui accedit tex. in dict. l. si quis non dicam rapere. & in dict. l. si is qui cũ telo. Nec tamen hic agendum erit de eo puniendo, qui sponte pœnituerit, & criminis committendi conatu cessauerit: cui parcendum est. l. qui falsam. ff. de falsis. sed tantùm tractauimus de puniendo eo, qui mẽtis interiorem cogitationem ad exteriorem actum deduxerit, ita, vt per eum non steterit, quin crimen ipsum perageret. qua in re video multa à iuris vtriusq; doctoribus frequenter tradi adeò perplexè, vt maxima labore opus sit ad discernendum ea, quæ sint ad praxim congrua, & recipienda. quam ob rẽ ipse conabor iudices admonere, quid mihi visum fuerit iam sæpissimè hac in controuersia dubitanti.

Primùm admonendum est, quoties de puniendo conatu in atrocioribus criminibus actum fuerit, non omnia crimina, quæ grauissima existimãtur, pari iudicio censenda fore, ex his etenim vnum erit grauius, & atrocius altero: capi. consideret. de pœni. dist. 5. l. aut facta. ff. de pœnis. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui notant. infamia. capit. aut facta. de pœnit. dist. 1. Nam licèt Cicero in Paradoxis cap. 3. & Iouinianus hæreticus probare conati fuerint, omnia peccata esse æqualia: id tamen falsum est, erroneum, & hæreticum: quemadmodum docent s. Thomas. 1. 2. q. 73. Castro de hæresibus, verb. peccatum. Ioan. Arbore. libr. 14. Theosophiæ. ca. 9. igitur quo ad punitionem conatus in criminibus atrocioribus, quo ad pœnam ordinariam, vel extraordinariam, iudex perpẽdere debet ipsius criminis qualitatem, nè vna, & eadem mensura omnia metiri conetur.



Secundò præter ipsius criminis grauitatem considerãdi sunt actus ipsi, ad quos fuerit conatus ipse deductus, vt ex his, & simul delicti qualitate iudex perpendat, qua pœna conatus puniendus sit. sunt etenim actus quidam, qui proximi censentur ipsius criminis exequutioni: non tamen sufficiunt hi, vt ex parte conãtis delictum perfectum sit: cùm & aliud ad perfectionem eius supersit ab ipso criminis authore agendum. Cuius rei sit exemplum in eo, qui cogitauit ac decreuit patrem occidere, & hoc animo patrem aggressus est, pater autẽ se ipsum defendit: aut aliunde impedita fuit parentis occisio. Sunt alii actus ita propriè ad criminis perfectionẽ pertinentes, vt nihil his peractis supersit agendum ex parte delinquentis ad criminis perfectionem: licèt mors sequuta non fuerit ex eo, quòd adhibitum sit aliquod medicamentum, quo fuerit impedita. Erit sanè exemplum in propinante alteri venenum causa homicidii: quod quidem venenum minimè nocuerit ad mortẽ, quia medicamentis sit eius vis extincta. Horum equidem actuum distinctionem præ oculis habere debent iudices, vt in atrocioribus criminibus pœnam ordinariam, vel extraordinariam conantibus inferant. Nam in aliquot criminibus adeo erit cõsideranda eorum grauitas, vt sufficiat conatum deductum fuisse ad priores actus. in alijs verò hoc non erit satis, sed erunt necessarij posteriores: quandoq; nec hi sufficient ad ordinariam pœnam.

Tertio est omnino considerandum in delictis, quæ atrociora non sunt, conatum puniẽdum fore pœna extraordinaria iuxta ipsius conatus qualitatem: non tamen ordinaria: & hoc quidem eo casu, quo conatus est ad exteriorem actum deductus, nec stetit per conantem, quin delictum consummaretur. Etenim arbitror, non debere hunc conatum manere, nec dimitti impunitum: imò puniendum fore iudicis arbitrio, non pœna ordinaria. Hanc conclusionem ipse deduxi ex mente omnium, qui de conatu hactenus scripsere: præsertim Salycetus in dicta lege. is qui cum telo. column. secunda. sensit eãdem opinionem regia. l. 2. statim citanda, & l. saccularis. ff. de variis crimini. cuius meminit Bald. in dict. l. si quis non dicam rapere. colum. 2. & Chassanæ in consuetudi. Burgun. rub. 1. §. 5. versi. Archidiaconus. nume. 123. eandemq; ratione ipsa probauerim. Nam hic conatus ad exteriorem operationem deductus, licet criminis speciem, in quam voluntas ferebatur, non perfecerit, dubiũ procul delictum est, & ad sceleris audaciam pertinet, quæ reipublicæ

blicæ est perniciosa. & ideo expedit, actum istum non dimitti impunitum. quod Plato lib. 9. de legibus elegantissimè doct. eadem sententia probatur authoritate, præsertim ex. l. Imperator Seuerus. ff. de iure fisci. l. generaliter. vbi glo. & Barto. ff. de calumniat. l. 1. in prin. & ad finem. ff. de extraordi. crimin. vnde fit, vt consuetudo totius Christiani orbis, qua obtentum est, leges punientes conatum abrogatas esse: sit planè intelligenda quo ad pœnam ordinariam: etenim extra ordinem arbitrio iudicantis puniendus est conatus ipse ad exteriorem actum deductus: tametsi huius consuetudinis plures meminerint: maximè Speculat. titulo, de Accusat. §. 1. Iason post Angel. in lege prima. §. vltimo. ff. quod quisque iuris. Bald. in lege tertia. C. de seruis fugiti. Hippolyt. in l. eiusdem. ff. de sicar. & in dicta lege, is qui cum telo. numer. duodecimo. C. eodem titulo. Alexand. & ibi Carolus in consilio decimoquinto, libro primo. & plerique alii, quorum iuniores meminere. & Hippolyt. in dicto consilio. 105. nulla autem pœna conatus puniendus erit in his communibus criminibus quoties sua sponte qui conatur pœnituerit, & ab opere cessauerit. l. qui ea mente. & ibi glossa. ff. de furt. l. qui falsam. ff. de falsis. regia lege secunda, titulo. 31. part. 7. fatentur omnes, & docet Felin. in tracta. quando conatus. columna prima. qui eiusdem operis column. vltima. scribit, posse iudicem, licèt non teneatur, mitigare pœnam à lege statutam, quoties lex conatum punierit. textus optimus in lege. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis. notat Salyce. Baldum referens in dicta lege. is qui cum telo. numer. 6. quod est intelligẽdum ita, vt discretus iudex pœnam moderetur secundum actuum, & criminum distinctionem, quam paulò ante tradidimus, & quæ potest colligi ex Salycet. in dicta lege. is qui cum telo. column. secunda. quæ omnia ad varias species deduci possunt: quarum aliquot speciatim subiiciam, vt inde possit aliquid certum hac in quæstione proponi.

¶Primò infertur intellectus ad text. in. l. quisquis. C. ad legem Iul. maiesta. vbi probatur, in eo crimine, quod atrocissimum est, conatum puniri pœna quidem ordinaria. oportet enim hic perpendere criminis grauitatem, eiusq; conditionem, cuius proprium est vt conatus ad actum exteriorem deductus, nempe ad tractatum, & consilium initum cum aliis circa proditionem, vel his equidem similimum, ad speciem criminis læsæ maiestatis perfecti pertineat: cum is proditor sit, & huius criminis author, quia aduersus rẽpublicam, aut principẽ fuerit aliquid machinatus per actus exteriores: quorum mentio fit in lege. 1. & 2. ff. ad legem Iuliam. Maiest. l. 1. titul. 2. part. 7. est in specie regia. l. 2. titulo. 31. partita. 7. vt planè in



nè in hac specie conatus ad actum exteriorem, qui proximus sit, deductus, efficiat eius authorem criminis huius reum. quod communi omniũ sententia receptum videtur. vt tradidit Ludo. Carreri. in practi. rub. de homi. §. homicidij. nu. 15. Angel. in. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisq; iur. Hippol. in. l. 3. ff. de sicarijs. colũ. 4. imò magistratus omnes animaduertere debent in hoc crimine puniendo, quantum periculum toti reipublicæ ex eo immineat. Multa enim sunt huic atroci delicto specialia, quæ commemorat Ioan. Igneus in quæstione: An rex Franciæ recog. superiorem. nu. 108. Nam & vbi conatus ipse ad exteriorem actum deductus, etiam absq; criminis consummatione delicti specialis nomen habet: tunc illius criminis pœna ordinaria puniendus est: quod probatur in. l. 1. ff. de effracto. l. vulgaris. §. qui furti. ff. de furtis. notant in specie Salycet. in dict. l. is qui cum telo. colũ. 2. & Henric. in capitu. 1. de eo, qui mittit. in poss. colũ. 5. exemplum est satis obuium in eo, qui alteri portas fregerit causa furti, quod minimè potuit peragere: profectò hic punietur pœna ordinaria, non furti, sed effractoris. de quo crimine legito Chassanæ. in consuetud. Burgundiæ rubri. 1. §. videndum. num. 51. & l. hi qui. ff. ad legem Iul. de vi publica. & l. 18. tit. 14. parti. 7. l. 6. titul. 5. libr. 4. fori. & lege. 74. styli.

¶Secundò infertur interpretatio ad. l. vnicam. C. de raptu virgi. & ei similem Regiam. l. 3. titul. 20. parti. 7. est enim illud crimen grauissimũ: idcirco oportet explicare, sitne illius constitutionis pœna admittenda contra eum, qui raptum minimè consummauerit, tametsi conatus fuerit id agere per actus exteriores, & perfectioni huius criminis proximos. Et Angel. ibi censet, rapientem virginem, si eam stupro nõ affecerit, nec cognouerit, nõ esse puniendũ illius constitutionis pœna: sed alia mitiori: quasi illa constitutio exigat raptum cum stupro. idem tenent Anania in capitul. penult. de raptori. colũ. penul. Deci. in consi. 234. col. vlt. Hipp. in consil. 105. coll. 2. Cœpola cons. 57. Ludoui. Carreri. in practi. criminali. titul. de homicidio. §. circa. nu. 285. idem habet communis opinio secundum Boerium decis. 316. colũ. 2. quibus adstipulatur. l. 1. titu. 10. lib. 4. fori. contrarium tamen deducitur ex. l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & clericis. & idem tenent Andreas Isernia, & Matthæus Afflictus in constitutionibus Neapolitanis libro primo. rubrica decimanona, quæstione secunda. lex enim, quæ punit raptum virginum libidinis causa factum, considerat pro huius punitionis ratione stuprum, & virginitatis vitium, quod frequentissimè ex raptu sequi solet. hæc verò lex rationem habet continuã, finem communem, & vniuersalem, non particularem: & ideo licet

cèt eius ratio cesset in aliquo casu, modò non deficiat in communi, lex non cessat, nec cessare debet: sicuti adnotauimus & nos in. 4. Decret. 2. part. capitul. 6. §. 9. numero. 8. quamobrem dubia est hæc Angeli & Ananiæ opinio, ipse vero in raptu cuiusq; virginis simpliciter admitterem sententiam Angeli & Ananiæ: vbi rapiens, qui poterat à nemine impeditus virginem raptam stuprare, sponte sua noluit id agere, imò eam illibatam, & integram ad honestum locum duxit. Etenim per eum stetit, quin crimen omnino consummaret. Quo casu video Ananiã & alios loquutos fuisse saltem in exemplis: censeo tamen esse adhuc raptorem istum grauissima pœna puniendum. Si quidem quo ad speciem raptus crimẽ istud perfectum mihi videtur, etiam absque copula, si iuris vtriusque mentem consideremus, cùm propter iniuriam parentibus illatam, tum ob ipsius virginis infamiam. Nec enim potest eiusdem virginis opinio vnquàm integrè restitui: tametsi mille testibus probatum fuerit, eam nondum corruptam fuisse à rapto re. Quis enim credet hoc iuxta illud Oenones ad Paridem apud Ouidium de rapta Helena à Theseo: *A iuuene, & cupido credatur reddita virgo?* Quòd si raptor minimè raptam vitiauerit, non propria pœnitentia ductus: sed quia id agere non potuit, nec per eum stetit, quin eam stuprauerit: tunc sanè pœna ordinaria eum puniendum esse opinor iuxta. d. l. vnicam. vbi Hippoly. nume. 254. & Ludoui. Carreri. in. d. nu. 285. ita expressim tenuerũt. Quibus adstipulatur Regia. l. 2. titu. 31. part. 7. & authoritas Iserniæ, ac Matthęi de Affli. & deniq; ipsius Ananiæ mẽs, & exemplum.

Sed in raptu alicuius monialis arbitror non esse admittendã distinctionẽ istã: imo raptor pœna mortis puniendus est, & deniq; ordinaria; si verè rapuerit libidinis causa, & ex monasterio abduxerit: tametsi eã nõ stuprauerit, cũ id potuisset agere. Hoc enim crimẽ grauissimũ est, & maius quàm simplicis virginis raptus: cũ in eo nõ tantũ ipse raptus monialium, sed & conatus sit oẽno puniendus. d. l. si quis non dicam raperẽ. vbi Bal. Pau. & alij hoc tenent, & Andre. Isern. ac Matth. in d. cõstitutiõe Neapolitana. opti. tex. in. l. 4. tit. 10. libr. 4. fori. licèt existimẽ, cõnatum ad rapiendam monialẽ, si rapta non fuerit, nec abducta è monasterio, grauissimè puniẽdũ fore: nõ tñ pœna ordinaria. Adhæc optimè cõducit, quòd coitus cum moniali sapit incestum, & eius quædã species esse quibusdam, tametsi impropria, videtur. gl. in. c. virginibus. 27. q. 1. l. 5. titu. 15. libr. 8. ordi. l. 2. titu. 17. part. 4. l. 13. titu. 2. eadẽ part. mortisq; pœna punitur. Auth. de sanct. epis. §. pe. ca. si quis rapuerit. 27. q. 1. notãt Panor. in cap. Monasteria. de vit. & honest. cleric. Paulus Grillandus in tract. de pœnis omnifariam coitus.





libr. 2. q. 1. nu. 18. clericus verò, nã de laicis hæc sunt intelligenda, cũ moniali carnale cõmerciũ habẽs, officio, & beneficio priuatus in arctũ monasterium ad perpetuam pœnitentiam detruditur. cap. si quise piscopus. & capit. si qua. 27. q. 1. etiam si hæc fornicatio non fuerit publica, nec scandalum dederit: quod notant Anania cõs. 1. & Ioã. Bernard. in pract. crimi. capit. 75. Hinc poterit lector perpendere. l. 2. titu. 19. partit. 7. quæ simplicem coitum cum moniali, non pœna mortis, sed pœna simplicis stupri puniendum esse respondit.

¶ Tertiò deducitur ex his intellect9 ad text. in dict. capit. 1. de homicid. in. 6. ex quo probauimus superius, conatum pœna ordinaria delicti
9 puniendum fore, etiam si non sequatur effectus, modò per conantẽ non steterit, quin delictũ cõsumaretur, modò crimẽ sit grauissimũ, vt pote Assasinium, de quo ea constitutio tractat. Etenim hanc opinionem probant in Assasinio cõmuni: id est vbi quis pactionem cũ altero fecerit pecunia promissa, vel data, vt occideret Titium: Ang. cons. 14. & Chassa. in cõsue. Burgũdiæ, rub. 1. §. videndum. nu. 7. asseuerans, se ita vidisse Mediolani factũ. Et tamen contrarium quo ad pœnã ordinariam, licèt punitionem extraordinariã admittant, conantur tenere Hippo. in. d. cons. 105. & in. d. l. is qui cũ telo. C. de sicar. ad finem: & alij paulò antè citati in hoc cap. vers. verùm circa illationem istam. quasi punitio constituta in dict. ca. 1. extraordinaria sit, non ordinaria: quod mihi non satis applaudit. Nã pœnæ in dict. capi. 1. statutæ, graues profectò sunt, & iure pontificio ordinariæ: nec id negari verè potest. quæ ratione in hac difficili quęstione constituerem ipse aliquot casus iuxta ea, quæ præmisimus ad propriam huius materiæ de conatu cognitionem.

Primus casus exponitur in proprio crimine Assasinij: scilicet, cùm tractatur pecunia data, aut promissa de occidendo homine Christiano per ministerium alicuius infidelis ex gente Assasinorum: quemadmodum ipse adnotaui libro. 2. varia. resolut. capit. 20. nume. 10. Nam in hac specie ob tanti criminis immanitatem opinor omnino seruandam prædictam constitutionem, vt illius pœnis, & alijs ordinarijs puniatur ipsum mandatum, etiam nõ sequuto homicidio, si per ipsum mandantem nõ steterit, quin homicidium fuerit sequutum. quod mihi manifestum fit ex dict. capitul. 1. vbi Philippus Franc. post Ioan. Andre. in reg. in pœnis. de reg. iur, in. 6. scribit, in ea constitutione mandatum tantùm puniri vt delictũ quidẽ speciale: atq; ideo ad pœnas inibi statutas, mandatum ipsum sufficere: nec tunc probatur, conatum in hoc casu pœna ordinaria puniri: siquidem non conatus, sed crimen consummatum puniatur.

Secundus subijscitur casus secundum communem assasinij significationem in eo, qui cum quolibet Christiano, aut infideli pecunia data, vel promissa pactionem inierit de homine Christiano occidendo. & sanè in ipso mandatario, si ad actum proximum processerit, & conatum ipsum deduxerit, vt per eum minimè steterit, quin scelus peregerit: notant puniendum fore pœna ordinaria, Angel. in dict. cons. 14. & Chassa. in dict. nume. 7. Matthæ. Afflict. in constit. Neapolita. lib. 1. rub. 12. nume. 16. Ioan. Andr. in regu. in pœnis. de regul. iur. in. 6. Thomas Grammati. in voto. 9. asseuerans, ita pronuntiatum fuisse in senatu Neopolitano. eãdem opinionem sequitur Ludoui. Carreri. in practica criminali: rub. de homicidio. §. 2. nume. 12. & in. §. 5. nume. 8. & numer. 100. Bal. & Angel. in. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisq; iuris. & licèt Angel. in dict. con. 14. & in. l. item apud Labeonem. §. si curauerit. ff. de iniur. existimet, pium esse, quòd iudex pœnam mortis in hoc casu ordinariam, in minorem, & extraordinariam commutet: ego arbitror locum fore ordinariæ pœnæ, nec eam minuendam esse, si conatus fuerit deductus ad actum admodum proximum ipsius criminis cõsummationi: secũdum ea, quæ ad hãc cõtrouersiam præmisim⁹. facit ad hæc, quòd cõstitutio in dic. c. 1. à Summo pontifice statuta, non tantùm in mandante locum habet, sed & in ipso mandatario: sicuti nos explicuimus in dict. libr. 2. variar. resolutio. capitul. 20. num. 10. vers. quartò.

Tertiò proponitur, quid dicendum sit de ipso mandatore in hac specie. Nã iuri conueniens satis est, quòd hic puniatur eadẽ pœna, qua & mandatarius. quo fit, vt si mandatarius ad actũ processerit ita proximum perfectioni criminis, quòd pœna mortis sit dignus: eadem erit ipse mandator plectendus. quam opinionem ipse colligo ex text. in dict. cap. 1. secundum eius communem intellectum. etenim illa constitutio in ipso mandante loquitur verè: & ad mandatarium per doctores extenditur. Huius etiam sententiæ authores sunt omnes hi, qui in crimen Assasini censent, conatum deductum ad actum proximum ipsi sceleri esse ordinaria pœna puniendũ. sic sanè Ludoui. Carreri. in dict. §. 5. nume. 8. hunc casum ex alijs per eũ citatis definiuit. nec potest congruè iure probari differentia, quam inter hunc casum, & præcedentem constituit Thomas Grãmat. voto. 8. & 9. ad finẽ. siquidem actus hic proximus ipsius sceleris consummationi erit sufficiens ad puniendũ ordinaria pœna mandatorem: cùm & sit satis ad puniendum ipsum mandatarium, qui crimẽ iussu, ac mandato alterius, commisit. Maximè huic opinioni locus erit ex eo, quod frequentissimo omnium consensu receptum est, in



in dict. ca. 1. conatum puniri, etiam si non sequatur effectus: & tamen ea constitutio mandatorem potiùs quàm mandatarium pœnis inibi expressis persequitur: quæ quidem persequutio ad hunc casum potissimè pertinet: cùm de mandato puniendo tractauerit: quemadmodũ Francus & doct. ibi adnotarunt.

Quartò: si quis pecunia data, vel promissa mandauerit alterum occidi, & mandatarius ad exteriorem conatus actum nõ processerit, ipse mandans non est ordinaria, sed extraordinaria tantùm pœna puniendus: cùm alioqui in alijs criminibus non ita atrocibus nulla foret pœna in hoc casu mandãti infligenda. quod notat Bart. in. l. non solũ. §. si mandato. ff. de iniur. num. 3. Angel. de Maleficijs. in gloss. Semproniũ mandatorem. col. 2. atq; in hac specie loquuntur Hippol. in dicto consil. 105. & in dict. l. is qui cum telo. Thom. Grãmat. in dicto. voto. 8. & in decis. 2. nume. 25. & rursus voto. 20. Ludouic. Carreri. in dicto. §. 5. nume. 8. Dinus, & Angel. in dict. l. item apud Labeonem. §. si curauerit. cui opinioni facilimè subscribẽt omnes, qui probare conati sunt, ad huc in atrocioribus criminibus conatum non esse puniendum pœna ordinaria. quarum opinio tunc obtinebit, cùm ipse conatus nõ processerit ad actum exteriorem, saltẽ eũ qui sit admodum proximus, & directus in delicti cõsummationẽ.

Quintò ex his facilior erit decisio eius quæstionis, quam tradit glo. in dict. cap. 1. de homi. in. 6. verb. mandauerit. vbi asserit in hoc crimine Assasinij non esse satis ad effugiendam pœnam illius constitutionis, quòd mandator reuocauerit mandatum ante eius exequutionem: quam glo. sequuntur ibi Domi. & Francus. & profectò vera est, quoties reuocatio mandati minimè nota fit mandatario, atque ideo ipse vel mandatum exequitur, vel ad actum proximum ipsi crimini processerit: etenim in hoc casu non excusat mandatorem reuocatio mandati: quæ, vt eum excuset, debet nota fieri ipsi mandatario re integra. glos. in capitulo, cùm quis. vbi Docto. de sent. excommu. in. 6. quæ est ordinaria secundum Felin. in capitulo, ex parte decani. nume. 6. de rescript. & notab. secundum Alex. in l. si pecuniam. §. primo. ff. de condict. caus. dat. vbi Barto. idem probat: & Feli. in capitulo. sicut dignũ. de homi. nu. 14. optima gloss. & ibi Docto. in capit. mulieres. §. vlti. de sent. excõ. quam sequitur, & explicat Sylvest. verb. excommunicatio. sexto, notab. 3. & Aufreri. in Clem. prima, de offi. ordi. regu. 3. numero sexto. quòd si mandatum fuerit reuocatum, nec aliquis effectus sit sequutus, quia mandatarius fuit certus de reuocatione: tunc non erit locus, etiam in atrocioribus, pœnæ ordinariæ, licèt extra ordinem vterq; sit arbitrio iudicis puniendus: quod notat Hippol. in dicto

consi.105.& in dicta.l.is qui cum telo.7.columna penult. Ludouic. Carreri.in dict. §. circa. numero.78. & idem ipse dixerat numero octauo. constatq; ex proximè adnotatis.sed si mandatarius non obstante reuocatione ad mandati exequutionem processerit, videtur sanè, non esse mandatorem pœna ordinaria puniendum adhuc in his atrocioribus criminibus: sicuti apparet ex glos. in dicto capitulo, cùm quis. & his, qui eam sequuti sunt. Ipse tamen in hac specie grauiori pœna, quàm in præcedenti, punirem ipsum mandatorem.

Sextò hinc perpendi poterunt Baldi verba in.l.non ideò minùs.C.de accusatio.numero.16. ita enim scribit: Et si dicas, quòd in istis atrocissimis punitur consilium solum: ergo punitur tractatus, & ordinatio: & non est aliquod mandatum, quin sit tractatus, & ordinatio.l. & si amicis.ff. de adulter. Responsquòd solus tractatus, & sola ordinatio nõ punitur de iure, nisi sit processum ad alium actum ordinatum de per se ad ipsum factum.l. si quis non dicam raperé.C.de epis. & cleri.&.ff.de pœnis.l.cogitationis. Hactenus Bald.sentiens, adhuc in grauissimis criminibus mandatum non puniri, nisi processum sit ad actum ordinatum in ipsam mandati exequutionem. Hæc enim Baldi sentẽtia est intelligenda quo ad pœnam ordinariam, vt mandatum ea puniendum non sit, etiam in his grauissimis delictis: nec tamẽ hinc sequitur, non esse extra ordinem mandatum puniendum: præsertim in Assasinio, cuius criminis pars est præcipua ipsum mandatum, & ipsa conuentio in id facta, vt pecunia conductus homo alium in cautum occidat. quod sensere Docto. in dict. capitulo primo, de homi. in sexto. maximè Francus ibi post Ioan.Andre.in reg.in pœnis. de regul.iur.in sexto. idem erit in his criminibus, in quibus tractatus ipse maximè ad speciem criminis accedit: nempe in crimine læsæ maiestatis: in quo pœna forsan ordinaria erit mandanti iniungenda. Potuit sanè Bald. eum sensum habuisse, vt adhuc in grauissimis sceleribus mandatum solum nec pœna extraordinaria puniendum sit: vt in casu. l. si quis non dicam raperé. præterquam vbi mandatum ipsum potissimè sceleris speciem constitueret: sicuti de Assasinorum crimine probauimus. sed Bartol.in dicto. §. si mandato. & Angel. in dicta glossa, Sempronium mandatorem. columna secunda, & plerisq; alij eum sequuti existimarunt, in delictis atrocioribus solum mandatum puniendum fore pœna extraordinaria. quorum opinio mihi magis applaudit: quanuis Felin.in tract. quando conatus. columna secunda, sequatur Baldi sententiam: imò in quocunq; delicto æquum est, quòd mandatum ipsum saltem nondum re integra reuocatum pro modo & qualitate criminis, quod mandatum est, puniatur arbitrio discreti iudicis: quicquid Barto.dixerit.

¶ Quartò infertur ex præmissis vera interpretatio text.in dicta lege.is qui cum telo.7.C.de sicariis.qua quidem constitutione cautum est, pœna homicidij ordinaria puniendum esse eum, qui cum telo hominis occidẽdi causa incesserit, tametsi non occidat. etenim receptum est, consuetudine eam pœnam sublatam esse: quod paulò antè adnotauimus. Nihilo minus vbi conatus quis fuerit proditoriè hominem occidere, & ad actum exteriorem processerit illato vulnere, forsan erit locus pœnæ ordinariæ: quemadmodum ex lege regia deducitur, lege secunda, titulo decimotertio, libro octauo ordina. Ea nempe ratione, quòd homicidium proditorium grauissimum crimen sit. capitulo primo, de homicid. cuius intellectum nos tradidimus libro secũdo variarum resolutio. capitu. vltimo, numero septimo. Quam ob rem in hoc grauissimo crimine satis erit iuxta quorundam opinionem, quòd ipse conatus ad actũ omnino proximum consummationi delicti processerit, & quidem ad vltimum actũ, qui à delinquente agendus est ad criminis perfectionem: licèt non fuerit mors sequuta. Sunt etenim hi actus ferè vltimi maximè considerandi, vt iudex perpendere hinc valeat, an pœna sceleris consummati sit delinqnens omnino puniendus, vel minori.

¶ Quintò non incongruè deducam ipse quæ modo distinximus ad definitionem illius quæstionis passim controuersæ: an is, qui tentat alium occidere veneno, sit puniendus pœna mortis, quãuis mors sequuta non fuerit. Nam iurisconsultus in.l.3.in princip. ff.de sicar.expressim asserit, hunc puniendum mortis pœna: nempè ipsius legis Corneliæ supplicio. regia.l. 8. titul. 8.part.7. Sed quia communi totius orbis consuetudine derogatum est legibus conatum absq; vero affectu punientibus: contrariam sententiam: imò quod pœna extraordinaria puniẽdus sit qui venenum causa mortis alteri propinauerit, si vel medicamentis, vel alia via mors sequuta non fuerit: tenent Bald. consil.443.libro.3. Cæpola consi.vlti. Angel.in.l.1.§.fit iniuria.ff.de extraord.crimi. Floria.in.l.item si obstetrix.ff.ad leg. Aquili. Hippolyt. in dict. l.3. Alexand. ad Bartol. in.l. 1.ff.ad.l. Pompei. de parricid. Parisius in consi.167.numero.13. libro.4. Matthæ.Afflict.in constit. Neapol. lib.3.rub.41. Augustin. Ariminensis in additionibus ad Angel.de maleficis.verb.& ex interuallo.ad finẽ. Cremens. in singula. 49. Thomas Grammat.elegãter in decis. 2. Neapolit.qui testatur, ita non semel in supremo Neapolitano prætorio decisum fuisse: & esse hãc opinionem communem asserit eam sequutus

Ludouic.Carreri,in pract. titulo de homicidio.§. homicidij. numer.16. sensit Felin.in tractat. quando conatus.colum.4.notat iterum idem Thomas Grammat.decis.74.num. 16.&.17.

Verùm hæc in quæstione obseruandum est, istud crimen esse grauissimum: quippe quod ad proditoriam occisionem pertineat, secundum Bald.in.l. nemo.4 colum.3. C. de summa Trinitat. Anani. & Felin.in capitul.1.de homicid. text. optimus in.l.1.C.de malefi. & mathe. Bald. & Salycet.in.l. cùm fratrem.C.de his quib.vt indig.Alex. in consil.145.nnmero.6. libro.7. Ludouic.Carreri.in pract.criminali.§. homicidij.numero.98.item illud est omnino respiciendum in prẹmissa specie,vbi quis venenũ causa mortis,& animo occidendi alteri dederit,& propinauit,actum istum esse adeò proximum consummationi criminis, vt denique is sit vltimus ab occidente agendus, nec enim ad mortem quicquam aliud super est ab eo agendum: vt planè constat. idcirco censeo veriorem esse contrariam opinionem, & arbitror, hunc pœna ordinaria puniendum:cui sentẽtiæ suffragantur omnes, qui voluerunt, in his atrocioribus conatum ad proximum actũ deductum ordinaria pœna dignũ fore. His accedit regia lex in proxima illatione citata. deinde &. l.50. titul.vltim.libr.8.ordin.qua constitutum est, mittentem sagittam in mortem alterius, morte plectendum, etiam si non percutiat. Maximè tandem si percusserit cum ea. l.5.titulo.13.libro. 8.quæ quidem leges rationem habere poterunt à gloss.in capitul.1.verb. ad mortem. & ibi Baldo de præsumptioni.hãc itidem sententiam tenent Bartol. per text.inibi in. l.1.ff. ad.l. Pompe. de parricid.Ioan.Faber.in.§.alia.Instit.de pub.iudic.Salicet. in dicta.l. 1.C.de male.& mathe. Angelus de malef. verbo, & ex interuallo. column.vlt.Ioan.Igneus eleganter in crimine falsæ monetæ, in lege prima.§.cũ dominus. numero vigesimotertio.ff. ad Syllania. nempè in eo, qui falsam monetam in pecuniẹ formam ita excuderet, vt statim expendi posset:licèt ea vsus non fuerit.l.si falsos.C.ad.l. Corn. de falsis. Postremò facit opinionẽ istam iustiorẽ, quòd authore Thoma Grãmat. in dicta.2. decisione, per magnæ Curiæ iudices apud Neapolim fuerit non semel per sentẽtiam adprobata:licèt in magno consilio, cuius iudices benigniores solent esse, aliud in contrariũ sit definitum. Nec tamẽ probauerim, pœna mortis puniendum fore eum, qui animo alterum occidendi venenum emerit,& parauerit:non tamen propinauerit, nec dederit. nam in hac specie totius orbis consuetudo est intelligenda:quæ leges hunc conatum punientes abrogauit. Etenim Bald.Flori.& Cremensis paulò antè citati contendunt,non posse hũc cona



conatum iustè puniri pœna ordinaria: sed extra ordinem puniendum fore: quicquid Barto.Ioan. Faber, & Angelus de maleficijs, in contrarium responderint. nos equidem aduersus Cœpolam, Angelum, & alios asseuerauimus, tunc locum esse pœnæ ordinariæ: cùm quis venenum animo occidendi parauerit & propinauerit alteri. & profectò idem in hoc casu voluerunt Bald. in dict. consilio.443. & Florian. in dict.l.item si obstetrix.tametsi Thomas Grammat. pro eius sententia hos authores adduxerit. sensit & hanc distinctionem Salicet.in dicta lege prima. sic sanè si quis falsam monetam cudere cœperit,nõdum tamen forma ad eius vsum necessaria signauerit, puniendus non est pœna ordinaria: sed extraordinaria, secundum Ioann. Igneum in dicto numero vigesimotertio. ex alijs, quæ ipse adducit: atque ideo iure optimo in hoc casu idem probat Thom.Grammati.in dicta decisio.74.dicens à summo regio prætorio reuocatum mortis iudicium pronuntiatum à iudicibus magnæ vicariæ.

Potissimùm est admittenda, ac probanda mortis condemnatio in eum, qui venenum parauerit animo occidendi patrem,vel matrem, & propinauerit eisdem. Nam & si in dicta lege prima. ff. ad legem Pompeiam de parricid. & in lege duodecima, titulo octauo, partit. septima, cautum sit, sufficere ad pœnam ordinariam, paratum fuisse venenum ad patris occisionem, & id forsan esset æquissimum,licèt consuetudine sublatum:tamen vbi venenum propinatum sit, dubio procul conatus hic erit puniendus ordinaria pœna ob tanti criminis atrocitatem.de hoc etenim crimine legem non tulit Solon, quia non sperauit futurum parricidam: teste 12 Cicerone in oratione pro Roscio Amerino.idem de Romulo in eius vita Plutarchus retulit: scribẽs, Romulum homicidium omne vocasse parricidiũ:nec de eo, qui patrem occidisset,aliam tulisse legem,quòd illud impium,& nefarium:hoc impossibile iudicauerit. sic sanè apud Romanos veteres omne homicidium parricidium vocatum est. siquidem authore Festo libr. 14. Numa Pompilius hanc legem tulit: si quis hominem liberum sciens morti dederit,parricida esto.Dicitur autem Parricidium, id est paris, nempè hominis occisio.aut deniq; quasi parẽticidium per syncopẽ. Nam & Quintilianus lib.8.capit.6. existimat,per abusionem parricidam dici matris, aut fratris interfectorem. vnde olim fuere in Romana republica quæstores parricidij: idest iudices, qui de homicidiorum quorumcũq; causis cognoscebãt: quorum meminit.l.2.§.deinde.ff. de origine iur.sed tandẽ anno sexcentesimo ab vrbe condita.L. Ostius primo omniũ patre occiso parricidiũ cõmisit:authore Plutarcho in ciusdem

dem Romuli vita:& deinde eo tẽpore, quo Marius Cymbros vicit, P.Malleolus matre interempta insutus culeo in mare præcipitatus est. In huius verò criminis authores statuta est olim pœna, quæ nondum satis sufficiens est ad tanti facinoris vltionem: cuius Marcus Cicero meminit in eadem oratione pro Roscio Amerino: qui cùm Solonis meminisset, inquit: quantò maiores nostri sapientius? qui cùm intelligerent, nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaretur audacia, supplicium in parricidas singulare excogitauerint: vt quos natura ipso in officio retinere non potuisset, magnitudine pœnæ maleficio submouerentur, insui voluerunt in culeum viuos: atq; ita in flumen deijci. O singularem sapientiam iudices. Nonne videntur ex rerum natura hunc hominem sustulisse, & eripuisse, cui repẽtè cœlum, solem, aquam, terràmque ademerunt? vt qui eum necasset, vnde ipse natus esset, careret his rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur. Noluerunt feris corpus obijcere, nè bestijs quoque, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus vteremur. non sic nudos in flumen deijcere, nè cùm delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cætera, quæ violata sunt, expiari putantur. Deniq; nihil tam vile, neq; tam vulgare est, cuius partem vllã reliquerint. Etenim quid est tam commune, quàm spiritus viuis? terra mortuis? mare fluctantibus? littus eiectis? ita viuunt dum possunt, vt ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur, vt eorum ossa terra non tangat: ita iactantur fluctibus, vt nunquam abluantur: ita postremò eijciuntur, vt nè ad saxa quidem mortui conquiescant. Hæc Cicero. Valerius item Maximus libro.1.cap.1. Tarquinius, inquit, rex Marcũ Tullium duumuirum, quòd librũ secreta ciuilium sacrorum continentem custodiæ suæ commissum corruptus Petronio Sabino describẽdum dedisset, culeo insutum in mare abijci iussit idque supplicij genus non multò post parricidis lege irrogatum est. iustissimè quidem: quia pari vindicta parentum ac deorum violatio expianda est. Sed & Dionysius Halicarna. libro. 4. idem commemorans, Marcum Attilium custodem librorum Sibyllinorũ hunc Duũuirum appellat. Qui autem olim parentes occiderint, commemorat Ludoui. Cœlius libr.6.lect.antiqua.capit.39.& capitulo.43. refert Diodorus Siculus libr.2.cap.3. in Aegypto parricidas olim eo supplicio affectos, vt articulatim præ acutis calamis cædi iuberentur, deinde viuos supra spinarum aceruũ comburi. Extat de parricidij pœna pulchra Modestini lex in.l.poenã.ff.ad.l. Põpe.de parrici.l. vnica. C. de his qui parẽt.occid.§.alia deinde lex. Instit. de publ.iudic.regia.l.12.titu.8.parti.7. quas libet modò tantisper explicare,



care, quando in tanti criminis memoriam indicimus. igitur parricida primùm virgis sanguineis verberatur, vt Modestinus in dicta. l. pœna. tradit. quo in loco Accursius in priori glossemate inquit, has virgas sanguineas dictas proprio fruticis, aut arboris nomine. Cuius quidem fruticis meminit Plinius lib.16.capit.18.& idem libr. 24.capit.10. scribit: nec virga sanguinea fœlicior habetur. cortex eius interior cicatrices, quæ præsanauere, aperit. Deinde huius criminis reus insuitur culeo. quemadmodum Cicero, Valerius Maximus, Modestinus & omnes hac de re constitutiones explicant. Erat autem culeus saccus ex vtre bubulo, vt interpretatur Theophilus in dicto. §. alia. meminit & Iuuenalis Satyra octaua,

*Libera si dentur populo suffragia: quis tam*
*Perditus, vt dubitet Senecam præferre Neroni.*
*Cuius supplicio non debuit vna parari*
*Simia, nec serpens vnus, nec culeus vnus.*

Rursus idem Satyra. 13.

*Et deducendũ corio bouis in mare, cum quo*
*Clauditur aduersis innoxia Simia fatis.*

Culeo autem insuitur cum gallo gallinaceo, cane, vipera, & simia: quoniam authore Theophilo, hæ bestiæ similes mores Parricidæ habere videntur. Nam aliæ ex his parentes occidunt, aliæ non se continent, quin cum illis pugnent. Horum autem animalium nec Cicero nec Valerius meminere: sed Modestinus id moribus maiorum tribuens, & post eum omnes leges, quarum mentionem modò fecimus. Viperam Iuuenalis serpentem dixit: regia lex colubrum. Specialis autem ratio à quibusdam tradi solet horum animalium in huius criminis punitione. gallus verò gallinaceus dictus est ex eo, quòd latinæ linguæ authores propter homonymiã huius dictionis gallus: & quia pluribus rebus eadem est appellatio secundũ Quintilianũ lib 7. gallũ gallinaceũ appellant huius nominis auem: & pleriq; dicere solent gallinaceum absq; adiectione galli. quod Budęus in dict. l. pœna. ex Plinio, & Columella notauit. galli verò gallinacei pugnaces admodum secum sunt: quod præter alios Plinius tradit lib.10.cap.20. adijciens, Pergami omnibus annis spectaculum gallorum publicè ędi, ceu gladiatorum. idẽ & Athenis fieri solitum author est Aelian? lib.2. de varia Histor. cuius meminit Ludouic. Cœlius lect.antiq. libr. 9.capitul.13. idem Scribit Philon in eo lib. cui titulum fecit. quòd omnis probus liber. et Lucianus in Anacharsi. Galli verò Tanagræi à Tanagra Bœotiæ vrbe, q; omnium cẽsẽrẽtur pugnacissimi locum fecere prouerbio, auctore Suida. Rhodios etiã Gallos laudẽ hac in re cõsequutos olim fuisse Plini? scribit in dic. ca.21. idẽ de Tanagræis, Rhodiis, & Chalcidicis, & Medi-

Medicis, tradit Columella lib. 8. capit. 2. præcipuè galli aduersus serpentes, & viperam pugnant: hoc etenim & ad huius pœnæ rationem adducit Stephanus Forcatulus in Necyomantia, capit. 34. Canis sanè huic poenæ adhibetur, vt sceleratum ostendat hominem, & immundum, qui parentem occiderit. Nam Vergilius primo Georgicorum canes immundos appellat. quam rationem Forcatulus excogitat. Nos & eam aptari posse opinamur, quòd teste Plinio libro octauo, capite. 40. canis sit fidelissimum homini animal. idcirco ad arguendam infidelitatem parricidæ statutum est, vt canis cum eo in culeum mitteretur. Simia equidem ea forsan ratione parricidij poenæ conuenit, vt nulla sit tanti facinoris imitatio apud homines, quo nullum animal perfectius imitatur, quàm simia: aut quia simiarum generi præcipua sit erga foetum affectio: adeò, vt plerunq; magna ex parte complectendo catulos ipsos occidant: vt testatur Plinius libro octauo, capite quinquagesimoquarto. Ex quibus poteris huius rei rationes aliquot coniscere. Aut ea erit optima, quòd simiæ similes sint hominibus, interim deformes, sicuti Parricidæ, qui sub figura hominum immanitatē belluarum gerunt: atq; ist hæc ratio Forcatulo placuit. Vipera quidem culeo cum parricida insuitur, quippe quæ simili sit obnoxia delicto: cùm & ipsa exeso parentis vtero proruperit in lucem, parentemq; ipsum occiderit: iusto profectò irrogato supplicio: siquidem, vt enarrat Plinius lib. 10. capi. 62. foeminā coeuntis maris præ dulcedine caput præroderetraditum extat. Hinc & Orus Apollo scribit, apud Aegyptios viperam fuisse notam Hieroglyphicam, quæ filium matri insidiantem repræsentaret: cùm vipera non nisi per parricidium in lucē veniat, vtero matris prærupto. Huius rationis meminere Forcatulus in dicto capitulo trigesimoquarto: & Ludouicus Cælius libro antiq. lectio. tertio, capite vigesimo septimo. quo in loco disputat, sit ne certum quod Plinius de conceptu, & partu viperæ scripsit. His deniq; sociatus animalibus parricida insutus culeo, ea ratione, quam Cicero refert, in mare proximum mittitur. Nam de mari hac in re meminere Modestinus in dicta. l. pœna. & Valeri. Maximus: nō fluminis. Cicero verò de flumine ita loquitur, vt & ad mare eandem iactationem referat, quam ob rem in dict. §. alia. & in dicta lege vnica, promiscuè maris, & fluminis mentio fit. Nec ratio abhorret, cùm & eadem vbiq; sit: præsertim, quia mare significat quancunq; aquarū congregationem. glo. in dict. l. pœna Bart. in tract. de insula. in princip. & Ioannis cap. 6. lacus Tyberiadis mare appellatur: quasi peculiare sit Hebræis quancunq; aquarum con-



congregationem mare appellare: quod constat ex Plinio lib. 5. cap. 15. Iosepho lib. 18. antiquit. capitulo. 4. Hegesippo de excidio Hierosol. li. 4. c. 16. à quibus Mare Tyberiadis appellatur lacus Genesaræ, quem ipse Iordanis facit: ad cuius occidentem in gratiam Tyberij Herodes Tetrarcha condidit vrbem, quam Tyberiadem dixit. idem ex Pausania Heliacorum primo adnotauit Ludo. Cœlius lib. 14. lect. antiq. cap. 14. neq; solis Hebræis licuit lacus, & flumina maris nomine nobilitare: nam & Seruius in. 1. AEneidos super illis versibus,

*Vnde per ora nouem vasto cū murmure montis.*
*In mare præruptum & pelago premit arua sonanti.*

Mare, inquit, id est flumē, quod, vt Varro testat, accolæ mare vocāt. Loquitur etenī Virgilius de Timauo quod est nomē fontis, & fluuij: secūdū Melam lib. 2. cap. 4. Philō itē Iudæus de Essæis refert, in AEgypto stagnū esse, quod vocāt maria sicuti ex eo adnotauit Forcatul?: tametsi veri? illud sit, Philonē nō de mari, aut cōgregatione aquarū, quæ ab ipso mari dicātur maria, sed de lacu Mariæ intellexisse. quod cōstat ex eo dē Philone in lib. de vita contēplat. Eusebio lib. 2. Histo. eccles. ca. 17. Arriano de gestis Alexand. lib. 3. Et Appiano Alexādrino in prooemio Rō. Histor. qui quidem lacus & Mareotis dictus est ex Q. Curtio lib. 4. Hieronymo in Esaiam. c. 19. Theodorito lib. 1. eccles. Histo. c. 30. meminit & Athenæ? lib. pri. fontis, quæ in AEgypto apud Alexādriā dicta fuit Maria, à qua vinū insigne nomē accepisse tradit, vt dictū fuerit Mareoticū. obtinuit tamen apud Hebræos prænotata loquutio. Sic & mare mortuū dicitur alter Iordanis lacus. Hæc sanè de lege Pōpeia de parricidis, ad cui? interpretationē addit Modestinus eos esse bestijs obijciēdos, si non sit proptiè fluuius, nec mare in quo iactētur. d. l. pœna. Paulus in receptis sentētijs lib. 5. ad. l. Pōpeiā, refert, pro regionis qualitate parricidas, vel bestiis obiici solitos, vel viuos exuri. Lege autē Pompeia occisores parentum, liberorum, & aliorum quorundam à latere cognatorum, affiniūq; eadem pœna plectebātur: nempe ea, quæ legis Corneliæ de sicarijs fuit. l. 1. ff. ad. l. Pompe. hac tamē distīctione obseruata, vt occisores parentum, more maiorum speciali pœna culei punirentur: alij verò pœna legis Corneliæ de sicarijs ordinaria quidem, cuius mentio fit in. l. 3. ad finem. ff. ad. l. Cornel. de sicar. & hoc satis explicitè traditur in dict. l. pœna? postea equidem in. l. vnica. C. de his, qui parent. occid. & in dict. l. regia, latior est culei pœna: cùm ea pluribus alijs cognatis à latere, & affinibus indicitur: eaq; punitio per Iustinianum in dict. §. alia deinde lex. legi Pōpeiæ tribuitur: quasi ad eius extensionem pertineat: quod & ipse obiter adnotaui in epitome ad. 4

ad.4.decret.2.parte, capit.7.§.7. numero.16. Sed & Cyrenenses olim, nempe Mithridatis tempore Leandrum quendam fratricidam, simul & tyrannicidam culeo insutum in mare proiecerũt, teste Plutarcho lib de claris mulierib9. In hos verò parrhicidas, aut sanè in eũ, qui nouercã occiderãt, extat lib.pri. Græcum, & elegans Epigrãma in hũc sensum. Ne sepelias hoc cadauer: sit enim cibus, & rapina canib9. Nam omniũ mater terra non recipit matricidam. Ex quo facilimè intelliges, qua ratione parrhicidæ non sepeliãtur, lege quidem hoc prohibente.

Scribit sanè Suetonius in Augusto, cap.33. pœnam istam culei non solere inferri parricidis, nisi confessi fuissent hoc ipsum crimen. Multa præter hæc de parricidis tradit Ludoui. Carreri. in pract.§. homicidij.num.128. Platonis autem sententiam circa huius criminis punitionẽ si quis nosse cupit, legat ipsius dialogum Nonum de legibus.

Hæc quidem obiter de lege Pompeia tradidimus ad conatus puniendi tractatum, cui finem ponimus, lectorem admonentes, vt Nicola. Boeri. legat decis.316. disputantem, an conatus sit puniendus in crimine grauissimo, quod luxuriæ causa cum brutis animalibus perpetratur: iuxta capitulum, mulier. decimaquinta, quæstione prima. & Matthæ. Afflictum in Constitutionibus Neapolitanis libro tertio, rubric.42. numero duodecimo, idem fere tractantem de conatu Sodomiæ. cuius distinctio conducit maximè ad intellectum regiæ pragmaticæ de puniendis Sodomitis. item Ioan. Igneum in. l.1. §. cùm dominus. ff. ad Syllanian. numero. 21. & præcedentibus, latè examinantem, an sint aliquot delicta, quæ ex animi tantùm cogitatione quo ad forum exterius considerentur: saltem aliquot exterioribus signis contingentibus, & præmissis: nempe in vitio fugitiui. l. quis sit fugitiuus. §. item apud Iulianum. ff. de ædilit. edicto. lege, si quis seruo. C. de furtis. cum pluribus, quæ ad id citari, & adduci possunt: quæ tamen cautè sunt intelligenda, iuxta notata per Bald. cõs. 250. num. octauo, libro primo: & cõs. 382. libro quinto. numero nono.

## Ex.§.Sequenti.

1 *Homicidium non punitur pœna ordinaria, si defecerit animus ad occisionem. & inibi traditur, ex quibus hic animus colligatur.*
2 *Intellectus ad tex. in capitulo vltimo de homici. in. 6.*
3 *Mandatum tacitum homicidii facit quem irregularem.*
4 *Ratihabitio homicidii an efficiat quem irregularem?*
5 *Ratihabitio in delictis quid operetur: & qua pœna punienda sit?*
6 *Ratihabitio criminis non commissi nomine ratum habẽtis: an sit peccatum mortale, an veniale?*

## §.Primus.

Secun



SEcundò principaliter hoc in tractatu infertur, homicidium voluntarium esse, & irregularem eius authorem constituere, etiam si in id voluntas non feratur directè, sed indirectè: tametsi non debeat pœna ordinaria puniri. Prior pars huius illatiõis probatur ex his, quæ diximus in præcedenti capitu. versicu. tertiò. considerandum. sub numero secundo, & numero primo. versiculo. voluntarium. Posterior autem pars constat, quia homicidium commissum absque animo vero occidendi, & directa voluntate in ipsum homicidij actum, nõ punitur pœna ordinaria huius criminis. quod obiter attigimus in dicto numero. 2. ad finem. text. elegãs in. l. in lege Corneliã. l. prima. §. diuus. ff. de sicariis. l. prima. & l. eum qui. C. de sicar. l. cùm autem. versi. capitalem. ff. de ædilitio edic. quem text. dixit esse meliorem iuris Iason in. l. non dubium. C. de legibus. 7. colum. ad idem plurimum conducit. l. in actionibus. §. sed in his. & ibi Iason. ff. de in litem iur. textus optimus in. l. quinta. titul. 8. partita. 7. & in. l. 15. titu. 13. libro. 8. ordina. eandem conclusionem tenuerunt Bald. in l. prima. colum. quinta. C. de seruis fugit. & in. l. data opera. colum. 4. C. qui accusare non possunt. Bal. in capitu. 1. §. si quis hominem. de pace tenenda. Abb. in simili quæstione in capit. olim. in. 1. de restit. expoliat. & plures, quorum statim mentionẽ agemus. Est etenim huius assertionis quo ad istam vltimam partẽ ea propria ratio, quòd ille defectus voluntatis directè & deliberatè in homicidiũ culpam minuat, & ideo pœnam: quemadmodum ex Thoma in dicto nume. 2. explicauimus. Hæc verò imperfectio voluntatis ex multis poterit præsumi: sed præcipuè deducitur ex ipso instrumento, quo fuerit vulnus illatum: sicuti probatur in capit. significasti. in. 2. de homi. cuius præter doct. ibi meminere Bal. in. l. solam. C. de testib. colum. 3. & alii statim citandi. text. similis in. l. prima. §. sed si claua. ff. de sicar. l. cum qui. C. eodem titul. l. 1. C. de emendat. seruo. l. equos. & ibi Bart. C. de cursu publico. libr. 12. tradunt multa Felin. numero. 11. & Anania vltim. notabi. in dicto capi. significasti. Areti. consi. 82. & consi. 147. Alciat. lib. 1. disputanct. capi. 17. Carol. Moli. in Alex. consil. 15. lib. 1. Deci. consi. 9. & consi. 134. Cœpola consil. 33. cum tribus sequentibus. Ang. de maleficiis. glos. scienter, & dolo sè. Hippoly. in dict. l. 1. C. de sicar. nume. 2. & 32. & nume. 9. idem in. l. nihil interest. ff. de sicar. numero. 15. Ludoui. Carreri. in pract. crimina. §. homicidij. nume. 22. est & ad hæc optima glos. in authen. de armis. quæ penulti. est. tradit Catellian. Cotta in memora lib. dictione, armorum. igitur iudex quo ad remittendam pœnam ordinariam exactè perpendet actus ipsius qualitatem, vt hinc cõ-

iecturam habeat, quantum defuerit animo ad directam occidendi voluntatem: quo deniq; iuxta eam imperfectionem, & iuxta voluntarii defectum pœnam ipsam moderetur. voluntas enim directa, ac perfecta fuit ad percutiendum, non tamẽ occidendum: tametsi ex percussione præter animum percutiẽtis sequuta fuerit immediatè occisio. qua ratione considerandum est ex ipso percutiendi modo ex instrumento, quo illatũ est vulnus, quam culpam percutiens in homicidio habuerit: nempe quantum fuerit indirecta, aut minùs directa voluntas ad occisionem, ex eo, quod vel instrumentum aptius erat, vel qualitas vulneris promptior ad homicidium, quod ex ipso vulnere immediatè fuit sequutum. Etenim ex hoc adsumitur præsumptio voluntatis, vel magis vel minùs indirectæ in ipsam occisionem. Nam cũ delicta non possunt absque voluntate perfici, nec committi, operæ pretium est omnibus rectè pensitatis voluntatem istam coniectare vt culpam delicti deprehendamus. Quod apparet in dicta. l. prima. §. Diuus. vers. quòd si claua. ff. de sicar. quo in loco Budæus: Claui: non Claua legendum censet. à quo discedit Stephanus Forcatulus dialogo vigesimoseptimo, nume. quarto in Necyomantia iuris: vbi & de cucuma tradit: sensumque communem iurisconsulti probat & sequitur.

Tertiò deducitur vera ratio ad textum in capit. vltim. de homicid. in sexto. cuius hæc sunt verba: is qui mandat aliquem verberari, licèt expresè inhibeat, nè occidatur vllatenus, vel membro aliquo mutile
2 tur, irregularis efficitur: si mandatarius fines mãdati excedens mutilet, vel occidat: cùm mandando in culpa fuerit, & hoc euenire posse debuerit cogitare. Hactenus prædicta constitutio: que videtur irregularem constituere quem ob homicidium, in quod eius voluntas minimè fuit directa: imò ab eo abhorrens: & nihilominus mandator in hac specie irregularis est ratione homicidii voluntarii, ac si ipsemet occisum percussisset fuste, nihil minùs quam occisionem cogitans, & percussus fuerit ex eo vulnere mortuus. Fertur siquidem voluntas in id ex quo immediatè mors fuit sequuta: atque ideo est indirecta voluntas ad homicidium propter illam culpam, quã habuit mandator, non præcauendo quòd ex his percussionibus, & actibus soleat immediatè mors cõtingere, id circo non omnino eius incauta in curia excusare debet eo prætextu, quod non habuerit animum occidendi. Nec enim excusandus foret qui malo animo ense alterum percuteret in capite, nolens eum occidere, si ex vulnere foret sequuta mors. Hanc rationem decidendi ipseveram, ac propriam esse censeo. ac demum colligo ex ipsamet decisione



sione in dicto capitul. vltim. & ex his quæ adnotaui in principio huius secundæ partis, numero primo, & secundo: illud maximè contendens, hoc homicidium non casuale, sed voluntarium esse: non directa, sed indirecta occidendi voluntate commissum.

Quibus ita prænotatis, lectorem admonendum censeo, aliquot esse menti tenenda in prædicti Pontificij responsi adnotationem, & verum intellectum, præsertim cauendum est, nè quis existimet, irregularitatem in ea specie constitui ex homicidio casuali. verè quidẽ, si quis potestatem haberet dispensandi circa irregularitatem ex casuali homicidio contractam, non posset, vt arbitror eam tollere irregularitatem, quæ in casu præscripto contracta fuisset. est etenim homicidium voluntarium: tametsi non fuerit perpetratum directa voluntate ad occisionẽ, nec animo occidendi: imò fuerit voluntas ad homicidium indirecta: quod Bart. optimè sensit in l. diuus. ad finem. ff. de sicariis.

Deinde ob eandem rationem quidam verè censent, in eo casu mandatorem non esse puniendũ mortis pœna, nec homicidii voluntarii ordinaria, sed extraordinaria tantũ. huius opinionis authores sunt Antoni. de Rosellis, Franciscus de Capitibus Listæ. & Angelus à Castro Pauli Castrensis filius apud Cæpolam consilio. 35. 36. &. 37. singulis ad hanc rem editis responsis. argumẽ. legis, in lege Cornelia. & in. l. 1. §. diuus. ff. de sicar. ex quibus omniũ consensu solet colligi, & nos paulò antè deduximus, pœnam ordinariam homicidii non esse admittẽdam, vbi homicidium cõmissum fuerit absque vero animo, & directa occidendi voluntate. Denique eandem opinionem quo ad mandatorem sequuti sunt Deti. consil. 234. & consil. 472. Hippol. consil. 7. numer. 54. & consil. 67. & in singul. 176. Thomas Grammati. consil. 20. Paul. Parisi. consi. 161. libr. 4. quorũ opinio humanior, & tutior est secundũ Ludoui. Carrer. in pract. tit. de homicidio. §. circa. num. 73. quanuis Bartho. Cœpola in consi. 34. probare multis rationibus nitatur, hũc mandatorem puniẽdum fore pœna ordinaria homicidii. Ego potiùs probarem priorem sentẽtiam: nisi percussio mãdata maximè ostẽderet eius qualitate inspecta voluntatem mandantis in homicidiũ directè ferri, aut saltem ita proximam fuisse homicidio, vt vel nulla, vel modica ordinariæ pœnæ remissio sit indulgenda, ex his quæ Bal. eleganter notauit in. l. cùm mandati. C. mãdati. & in. l. nõ ideo minus. vlti. colũ. C. de accusatio. Angel. de maleficiis in glo. Sempronium mãdatorem. qõ. 10. Iason post Paul. Aretin. Roma. & Alex. in. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. colũ. vlti. ff. de acquir. hæredit. etenim si mandatur, percussionem eo instrumento fieri, vt difficillimũ sit mo-

dum adhibere, aut manum tempe rare: quin homicidium sequatur, constabit planè mandatorem maximè voluntatem in homicidium direxisse. Ex quibus illud, lector optime, tibi sit constantissimum, in casu dict. capit. vltimi, homicidium esse voluntarium, non casuale.

Solet tamen ad illius cap. decisio nem adnotari, mandatorem non teneri de actu per mandatarium perpetrato contra mandati formam, aut præter illam, vbi facillimum illi fuit mandati limites, & fines obser uare. Nempe, si mandator iusserit mandatario, quòd Semproniũ extra prætorium, & publicam domũ percuteret: is verò illum intra prætoriũ percusserit: tenebitur quidem mandator de percussione illata extra prætorium, non autẽ de ea, quæ intra prætorium contigerit, si diuersa foret pœna constituta: quod notant Baldus in dicta lege, non ideo minus. columna vltima. Felin. in capitulo. sicut dignum. columna. 2. de homici. post Anani. ibi. Hippol. in dict. consil. 67.

Sic sanè vbi delictum alteri demandatum non tendit ad homicidium, nec potest tendere in id per se, aut immediatè, non tenebit mãdator de homicidio sequuto. Huius conclusionis erit exemplum in eo, qui iusserit, aliquam fœminam rapi causa libidinis: attamen mandatarius in raptu ipsam fœminam occidit: non tenebitur de hoc homicidio mandator: licèt teneatur de raptu. siquidem raptus causa libidinis fit, nec dirigitur ad ipsius mulieris occisionem immediatè, nec per se: licèt per accidens fuerit ipsa fœmina occisa. ita equidem respondit eleganter Deti. in cons. 234. col. vlt. Thomas Grammati. cõs. 20. idem colligitur ex Bartol. in dicta l. Diuus. ff. ad l. Cornel. de sicar. ad finem. Nec refert quòd hoc in casu danti operam rei illicitæ imputari debeat quicquid fuerit ex eo actu etiam præter eius intentionem sequutum, propter eius culpam, qua habuit, minimè præcauens, quę poterant inde accidere. capit. tua nos. in princ. capit. sicut ex literarum. capit suscepimus. de homicid. illud enim procedit quantum ad subiectum, circa quod versatur ipsa malitia illicitè operantis, & quantum ad ea, quæ illi obiecto per se, & immediatè iunguntur, aut necessariò sequuntur: non autem quo ad illa, quæ per accidens oriuntur à re illa mala: cui opera datur. quia illa, quæ per accidens eueniunt ex opere aliquo, & tanquam effectus remoti proueniunt ab illo, non imputantur agenti, nec ad malitiam, nec ad bonitatem. quemadmodum inferiùs tractabitur, vbi de homicidio casuali agemus, & superiùs tantis per attigimus. Atq; hæc quo ad pœnam ordinariam, & ciuilem, aut criminalem procedunt: quia quo ad irregularitatem fortassis non erit ita planè hæc interpretatio admittenda. Cum eius ratione debeat attendi



tendi non tantùm opus illicitum, cui datur opera: sed ipsius operis periculum ad homicidii euentum, quem mandator ex qualitate personarum, loci, & actus cogitare debuisset. Huius enim culpæ causa profectò irregularis erit cẽsendus, & quo ad istam irregularitatis pœnam eidem imputatur homicidiũ: sicuti & imputaretur licèt casu contigisset. quod alibi hac in relectiõe examinabimus.

Cæterùm ad latiorem intellectũ textus, in dicto capitul. vltimo, est aduertendum, non tantum procedere in mandato expresso: sed & in mandato tacito, vt mandatori homicidium imputetur quo ad irregularitatem, etiam si præmissa fuerit protestatio de non occidendo quenquam: secundum Mathesilla. notabi. 188. & sensit Corse. in sing. verb. præceptum. erit exemplũ huius conclusionis, quod solet adduci ex Bartol. in. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. alias. §. pater Seio, ff. de adqui. hæredi. de illo, qui passus iniuriam dixit filio, vel famulo: non regrediaris in domum meam, donec ipse aliquid nouum audiam de te. Nam Bart. & plerique alii censent, subesse hic mandatum tacitũ de offendendo illum, à quo dominus accepit iniuriam. textus optimus in capitu. ex literis. de excess. prælat. vbi Ancharra. & Abb. Roma. in singula. 711. Maria. Socin. in capitul. ad audientiam. de homicid. nu. septuagesimo quarto: quorum opinio communis est, vt testatur Ludoui. Carreri. in practi. criminal. titu. de homicidio. §. circa. num. trigesimo septimo. quo in loco latissimè hanc opinionem explicat post Iasonem in. l. prima. C. de seruis fugit. nu. vigesimo octauo. vbi Bald. Deti. in consil. 234. ad finem, Hippol. consil. cẽtesimo trigesimo secundo, columna tertia. Anania consil. 59. idem Iason post alios in dict. §. sed quid si mandauit. quos legito: sed præcipuè Ludoui. Carreri. Etenim & in hoc mandato præsumpto locum obtinet responsio textus in dicto capitul. vltimo de homicid. in. 6.

¶ Postremò illud obseruandum est, an Barto. in consil. 188. congruè satis induxerit tex. in dicto capi. vltim. ad probationem eius assertionis, qua ipse asseuerat, posse impunè occidi eum, qui poterat impunè offendi: quasi sub permissa, vel mandata offensione, & homicidiũ mandatum censeatur. Ego equidẽ existimo, non esse certam hanc inductionem: siquidem in dict. capi. vlti. non est mandator irregularis ex eo, quòd mandatũ censeatur dedisse ad occisionem: sed quia homicidium sequutum fuit immediatè, & per se ab illo actu, qui mandato continetur: aut saltem propter culpam quam mandator habuit directam, vel indirectam ad ipsum homicidium, quod sequutũ est. Qua ratione non probatur in dicto cap. vltim. opinio Bartol. quam & ipse

tenet in.l.3.§.vltimo.ff. de adimẽd. legat. Imol. & ibi fusiùs Alexan.in l.in suis.columna prima, & secunda. ff. de liberis & posthum.poteritque eadẽ opinio probari ex his, quæ notantur in capitul.primo,de homicid.in sexto,& in capitul.fœlicis. de pœnis.eo. libr. capitul. primo,de schismat Authenti. nauigia. C.de furtis.Authen. item quæcunq̃. C. de episcop.& clericis.regia.l. tertia,titulo.27.partit.septima.l.tertia. §.vltimo.ff. de sicariis. notant Cinus in.l.reos. C.de accusat. quæstione sexta.Angelus consi.decimo quarto, & plerique alii tractantes de bannitis.

¶Quartò ex præmissis ipse infero quid dicendum sit in hoc tractatu irregularitatis de eo, qui homicidium,cui mandatum non dederat, nec consilium,nec auxilium,nec fauorem ratum habuit:an hic sit censendus irregularis? & planè, hunc
4 non esse irregularem tenent gloss. in capitul.siquis viduam.verb.consilio.50.distinct.Speculat.titu.de dispensat.§.iuxta. versic. quid si agenti.num.51.Hippo.in singul.184. qui quidem indistinctè, & generaliter hanc opinionem exponunt. Nihilominus Felinus in capitul.sicut dignum.columna quarta.hanc sentẽtiam probat,vbi homicidium commissum non est nomine ratum habentis:etenim vbi homicidium esset perpetratum nomine ipsius, qui ratum habet,tunc is foret irregularis secundum eundem:& idem sequuntur Albert. Trotius de vero, & perfect.cleri.libro secundo. cap. 22.Ludoui. Carreri.in practi. criminali.titulo.de homicid.§.Circa. nu. 196.sensit Nicola.Plouius de irregularit. 26. regula. quibus suffragatur textus in capitul. cùm quis. de sentent.excommunicat. in sexto. quo decisum est, excommunicationem canonis comprehendere eum, qui iniuriam illatam eius nomine clerico ratam habuerit. Ego potius probarem glossæ, & Speculat. sententiam,indistinctè asseuerans:non cõtrahi irregularitatem ex sola ratihabitione eius homicidii, quod iam commissum ab alio fuerit, siue nomine ratum habentis siue alterius cuiusque. ad cuius opinionis probationem vtar aliquot rationibus, quæ rem istam faciliorem efficiant. Et primùm cõstat,irregularitatem non contrahi, nisi in casibus expressis in iure.capitu.is qui. de sententia excommunicatiõis.in sexto. in iure verò Pontificio nullibi expressum est,ex ratihabitione homicidium committi, & ita commissum irregularitatem inducere: igitur non contrahitur in hoc casu irregularitas. Quòd si dixeris, ratihabitionem mandato comparari, & eidem æquipollere:reg. ratihabitionem.de regul. iur. in sexto.l. vigesima,titul.quinto,part. tertia. est enim ratihabitio facti nostro nomine gesti comprobatio.regul. ratum.de.regul.iur.l.quo enim. vers. primo. ff. Rem rat.habe. responderirisatis



ri satis poterit,eam regulam procedere in vniuersum, quoties specifica decisio minimè requiratur:tunc etenim non est satis argumentatio ex ratihabitione, quæ mandato per æquipollens, non in specie comparatur,nec idem est cum mandato.l. Mæuius.l. si hæredi. §. vltimo. ff.de condictio.& demonstratio.vnde licèt ex mandato irregularitas contrahatur:non idem erit in ratihabitione:cùm ad irregularitatem iure requiratur specialis ea de re constitutio. Quod semel adnotauimus, & iterum modò admonemus. Deinde,quo manifestior sit hæc opinio, illud constitutissimum esse censemus, ad irregularitatem esse necessariam homicidij culpam. capitu. si aliquis. de homicidio. is verò, qui ratum habet homicidium iam commissum, verè nullam habuit culpam homicidij quo ad ipsum actum. Nam licèt peccauerit per ratihabitionem peccato homicidij: animo tantùm, & voluntate peccatum commisit: cùm actus iam præcesserit, nec potuerit habere causam ab animo, aut voluntate postea sequuta: animus autem solus sufficiens non est ad irregularitatem constituendam eo casu,quo in exteriorem operationem non fuerit deductus: nec item eo, quo actus exterior ab eo animo non potuit procedere, nec causam ducere.qualis casus hic noster est,de quo agimus. Non tamen diffitentur, quandoque ius pontificium, hunc animum ad punitionem considerasse propter fictionem, ex qua ratihabitio mandato æquipollet,& trahitur retro. vt in dicto capitulo. cùm quis. de sententia excommunicationis, in sexto.verùm, quia idem nondum est quo ad irregularitatem constitutũ,opinamur, non esse quenquam ob ratihabitionem irregularem.

Cæterùm ad huius argumenti apertiorem vim oportet expendere, cuius effectus sit ratihabitio in delictis? Nam Dynus in regul. ratihabitionem. de regulis iuris. in sexto. distinguendum esse censet inter delicta,quæ ex mandato possunt mandantis nomine per alium fieri: & quæ per alium mandatoris nomine fieri non possunt: in primis etenim scribit, ratihabitionem mandato æquipollere, & similem esse,atque omnino maximum effectum operari:non sic in vltimis, in quibus ratihabitio nullum effectũ operatur.Qua de re est optima glo. in.l.hoc iure.§.deiecit. ff. de regulis iur.glo.in.l. prima.§. deiecisse. alias. §. sed & si cùm quis. verb. Mandato.ff.de vi & vi armat.& in capitu. sciant cuncti. de electione. verb. alios.libro sexto.quas sequuntur Abbas in cap.mulieres.nume.octauo. de sentent. excommunicatio. Ioan. Andre.& Francus in dict.regul.ratihabitionem.idem ferè Bartol.sensit in.l.sed si vnus.§. si seruus. secunda columna.ff.de iniurijs. & alij plerique, quorum specialem hoc in

loco mentionem omittimus, quia Barto.idem in dict.§.sed & si cum quis. hanc differentiam improbat ex eo, quòd & homicidium semel commissum ab occidente: non potest à ratum habente committi: & ideo idem in eo erit, quod in adulterio: præsertim quia in adulterio, & homicidio potest fieri iniuria, & quo ad istam ratihabitio satis in vtroque operatur: cum iniuria hæc nomine alterius fieri possit: quippe quæ & eius causa ob iniuriam scilicet inferendam poterat mandari ab eo, qui adulterium ratum habuit. Sed quid Dynus post gloss. senserit ita accipiendum est, vt sciamus, esse quædam delicta, quæ procedũt à libidine, & appetitu ipsiusmet delinquentis, & ideo committuntur ad explendam ipsius authoris libidinem, nec hac ratione possunt nomine alterius fieri: vt adulterium: stuprum: fornicatio. sunt & alia crimina, quæ perpetrantur quandoq̃, & perpetrari possunt non solùm ad explendum ipsius delinquentis appetitum, desiderium, & libidinẽ: sed & ad satisfaciendum alterius voluntati, vt homicidium: furtum: & his similia. Priora equidem crimina secundum glossam. Dynum, & alios, non pertinent ad ratihabitionem: posteriora verò pertinere possunt, si alterius nomine fiant. Hic planè est sensus gloss. Dyni & eorum, qui eos sequuntur: vt explicat Salycet. in lege, non ideo minus. numero. 32. C. de accusatio.

Nos autem in hac controuersia illud iure probatissimum esse censemus, in quocunque crimine non esse ratihabitionem puniẽdam pœna ordinaria, & criminali ipsius delicti. quod Salycet. sensit in dicta lege. non ideo minus & probatur ea ratione, quæ cõstat, ratihabitionem mandato æquipollere per fictionem: vt omnes Doct. fatentur, præsertim Bart. in lege. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. numero quarto. fictio autem ab æquitate procedit. l. postliminium. ff. de capti. igitur cessante æquitate fictio cessabit: & ita ratihabitiõis retro traductio: sicuti in specie ista notant Alexand. consil. 78. libro quinto. numero. 21. & Deci. in. l. semper qui non prohibet. in fine. ff. de regulis iuris. quam ob rem adhuc in atrocioribus criminibus censeo, non esse locum pœnæ ordinariæ propter ratihabitionem. siquidem omnes authoritates, quibus probatur, ratihabitionem in delictis puniendam esse, nõ in ordinaria pœna, sed in extraordinaria loquuntur. quicquid aliquot Docto. scripserint in capit. primo. de homicid. in sexto. & tradiderit perplexè Ludoui. Carreri. in practi. crimina. titul. de homicidio. §. circa. numer. 195. etenim æquitas, quæ dictat, ratihabitionem in delictis retrotrahi, eadem persuadebit, non debere ordinaria pœna ipsius delicti puniri eundem ratum habentem ex hac legis fictione.

Secundò existimo ex mente Barto. & aliorum deduci, quòd ratihabitio idem operetur in crimine adulterij, & similibus, quod in alijs: si ad iniuriam inferendam potiùs quàm ad satisfaciendum libidini committantur. sic ipse ratum habens non punitur pro adulterio, vt adulter, sed pro iniuria ex adulterio illata. idem explicant Salycet. & Baldus in dicta. l. non ideo minus. 12. quæstione. Ludouic. Carreri. in dicto. §. circa. numer. 190. notat Felin. in dict. capitul. mulieres. colum. secũda. vbi asserit, punitionem istam ad extraordinariã pœnam arbitrio iudicis pertinere.



Quibus illud libenter adiciam maximam esse discriminis ratiõem inter censuram excommunicationis, & irregularitatẽ. Nam excommunicatio fertur in percutiẽtes clericum ob iniuriam ipsi percusso, & ordini ecclesiastico illatam. hæc verò iniuria etiam infertur per ratihabitionem eius percussionis, quæ nomine ratum habentis fuerit illata: atque ideo in dict. capit. cùm quis. iustè excommunicatio statuitur ad uersus ratum habentem percussionem clerico illatam. Secùs autem quo ad irregularitatem, quæ in hac materia homicidij requirit actum occisionis, vel mutilationis mẽbri culpa præuia contingentem: sicuti passim in rubric. de homicidio probatur. Qui quidem actus non contingit per ratihabitionem verè, nec vera culpa eum præcedit. His accedit, quòd ratihabitio nusquam in criminibus operatur affectum principalem, aut culpa dignum notabili, quoties ad ipsum crimen requiritur præuia machinatio, tractatus, aut dolus. Etenim in hoc casu non est ad pœnam sufficiẽs ratihabitio. cuius assertionis probatio constat in capit. primo. vbi gloss. & Panormita. de conuers. infidel. non enim ratihabitio habet effectum machinationis in mortem coniugis ad impediẽdum matrimonium: quia ea machinatio præcedere debet, atque actum præuium requirit. atq̃ ideò ratihabitio non potest eandem punitionem inducere. quod notat Domini. in capitulo. cùm quis. de sententia excommunicatiõis in sexto. & est communis opinio in dict. capit. primo.

¶Illud prætermittendum nõ est, quòd si quis ratum habeat crimen eius nomine non commissum, minimè incurrit excommunicationem, nec irregularitatem: licèt peccet. Nec enim est dubiũ, hãc ratihabitionem peccatum esse: quod probat textus in dict. capitu. cùm quis. secunda eius parte. vbi Ioann. Andre. Domi. & Francus existimant, hoc peccatum esse veniale, non mortale. quæ quidem interpretatio falsissima est: quia delectatio actus mortalis mortale peccatũ est: sicut & veniale erit, si sit ipsa delectatio de actu veniali. tex. optimus in capit. sed pensandum. 6. distinct. capitu. sicut. de pœnitent. distinct. 1. capitul. presbyteri. 34. dist. capi. non oportet.

oportet.in ſecundo,de conſecratio. diſtinct.quinta.notant. S. Thomas & Caieta.prima ſecundæ, quæſtio. 74.articu.octauo.&.2.2.quæſt.154.articu.quarto.demum in hac ſpecie, quam tractamus hoc ipſum tenet Caieta.in ſumma,verb. ſpectacula. & aduerſus Ioann. Andre. & alios, expreſsim Martinus ab Azpilcueta in cap.inter verba.11.quæſtio.tertia. colum.46.quod notandum eſt, nè quis decipiatur frequentiſsima Canoniſtarum opinione.

Hæc igitur explicare libuit in tractatu ratihabitionis quo ad pœnã irregularitatis. ſcio etenim plerunque in ea errari ex eo, quòd pœna iſta cæteris ſimilis exiſtimetur:cùm tamen paſsim compertum ſit, eam non eſſe omnino ad aliarum pœnarum rationem cenſendam:ſiquidem proprias, ac peculiares habet conditiones, ex quibus eſt quælibet hac in re controuerſia definienda.

## Ex.§.Sequenti.

1 *Conſilium, quando irregularitatem inducat:& quid quo ad alias pœnas cõmiſsi criminis?*

2 *Auxilium, vel opem præſtans homicidio, quandoq; irregularis cenſetur.*

3 *Pluribus eundem hominem vulnerantibus, an omnes ſint irregulares, vel homicidæ?*

4 *Vulnus ab vno illatum, quando ei imputetur ad homicidium, ſi vulneratus ab alio exanimatus fuerit.*

5 *Vulnus mortiferum ab vno tantùm illatũ: an omnes præſentes conflictui efficiat irregulares?*

6 *Animus occidendi an conſideretur, vbi vulnus mortiferum non eſt: & tamen vulneratus ab alijs occiditur?*

7 *Qui non obuiat homicidio ab alijs committendo, an ſit irregularis?*

8 *Homicidium commiſſum à famulis, vel conſanguineis, an imputetur ei, cuius gratia perpetratum fuerit?*

9 *Mors ſequuta ex imperitia medici, vel culpa vulnerati:an efficiat vulnerantem irregularem?*

## §.Secundus.

Vintò colligitur irregularem eſſe eũ, qui conſilium homicidio, aut mutilationi dederit. text. in capitulo.ſi quis viduam.50. diſtinctione.capitul.ſecundo. de clericis. pugnãt.in duello.c. ſicut dignum. §.clericos.de homicid. quod probatur, quia regulariter ex conſilio in delictis quis tenetur. capitu. nuper. de ſentent.excommunicatio. l. prima.§.perſuadere.ff. de ſeruo corrupto.l.ſæpe.ff.de verborum ſignificatione.vbi hoc tradi ſolet. quibus in locis omnes iuris vtriuſque interpretes in hoc conueniunt, quòd
1 ex conſilio quis teneatur ad pœnã criminis, & irregularis ſit, ſi conſilium datum fuerit ei, qui alioqui non erat illud crimen cõmiſſurus. etenim in eo tota verſatur controuerſia, qui conſiliũ dedit ei, qui nihilo-



hilominus erat facturus.Nam text. elegans in.l.non ſolum.§.ſi mandato.ver.Attilicinus. ff. de iniur. probat,ex conſilio quẽ non teneri, vbi is,cui præſtitũ eſt, erat delictũ illud alioqui facturus. ad idem optimus tex.in.l.ſæpe.ff.de verb.ſignifi.gloſ. in cap.ſicut dignum.§.qui vero. & ibi tex.de homicid. gloſſ.in capi.nuper.de ſenten.excom.gloſ.in.§.ope. Inſtit.de obligat. quæ ex delict. naſcun.Bartol.in dict.l.ſæpe.& Francus in regu.nullus.de regul.iuris.in ſexto,Deci.in lege.conſilij. ff. de regu.iur.Felin.in dict.§.qui vero. Abbas,Feli.& Deci.in capit.1.de offic. delegat. quorum opinio cõmunis eſt,eamq; Iaſon ſequitur in.§.actiones.nume.3.de actioni. Attamen in dict.§. qui vero.in princip. conſtat, etiam hoc conſilium puniendum fore: ſiquidem & inibi puniuntur qui regi alioquin facturo cõſilium dederunt.Dynus item in dict.reg. nullus ex conſilio.Bartol. in dicto. §.ſi mandato.col.pen.Imol. in Clemen.1.de pœnis.colum.5.Angel.de maleficijs,verb.Sempronium mandatorem. qõ.22.in ſpecie tenent, ex conſilio quem puniendum eſſe, ſiue illè,cui præſtitum fuit, erat alioqui facturus, vel non. Hoc ipſum Bald.in criminibus atrocioribus ſaltem admittit in.l.1.colũ.2.C. de ſeruis fugit.per text.in cap. fœlicis.de pœnis.in.6.cui opinioni refragatur Felin.in dict. capitul.1.de offi. delegat.contrarium probans ex dict. capitu.ſicut dignum. vbi cùm agere tur de homicidio Archiepiſcopi fit diſtinctio quo ad punitionem, an ille, cui conſilium datum eſt,eſſet alioqui facturus,vel non, Et profectò prior Baldi ſententia minimè probatur in dict. capit.fœlicis.quicquid dicat Deci.in dict.capi.1. nu.9. ſequutus Baldum: quem etiam ſequuntur Hippoly.in ſingula.665.& Ludoui.Carreri.in practi.crimi. tit. de homicidio.§.circa.nume.164.

Verùm diſtinctio præmiſſa communi omniũ ferè conſenſu recepta eſt:nã & eam eſſe communem opinionẽ fatentur Alberic.in.l. ob hæc verba.ff.de his qui notãt. infa.nu.4. Deci.in dict.capitu.1.nume.9.& in dict.l.conſilij.ff.de regul.iur.num. 4.Felin.in dict.capit.ſicut dignum. num.7.Ludoui. Carreri.in dicto. §. circa.nume.163. & verè hæc ſententia iure magis probari poterit in hunc equidem ſenſum,quòd dans conſilium alioqui non facturo eadem pœna puniatur ſecundum omnes: is verò,qui conſilium dederit alioqui facturo, puniatur ſanè, ſed mitiori pœna,iudicis arbitrio: quẽadmodum Deci.in dicta lege. conſilij.& in dict.capit.1.expreſsim tenet poſt Angel.in.l.is qui opem. ff. de furtis.& in.l.in furti.§.ope.ff.eodem.Cœpolam conſi.27.col. penulti.idem notat Ludoui.Carreri. in.d. §.circa.numer.163.

Quam ob rem etiam in atrociorib us eadem diſtinctio admittenda eſt:ita tamen, vt in his criminibus conſulens alioqui facturo, non ordinaria

dinaria pœna delicti, sed extraordinaria, maiori tamen quàm in aliis communibus delictis puniendus sit. Atq; hoc ipsum ex mente Baldi & aliorũ ipse deduco: tametsi quidam expressè contrarium notauerint. Sic sanè text. in dict. §. ope. dum dixit, ex consilio non teneri quem furti. est intelligẽdus, quòd pœna ordinaria non teneatur, sed mitiori qui furti committẽdi consilium dederit ei, qui alioqui furtum commissurus erat.

Sed siquis consilium dederit alioqui facturo, & is non commiserit crimen in eam personam, cui consilium datum est, sed in aliam: non est consulens aliqua pœna puniendus secundum Bald. in capit. 1. col. 4. quib. mod. feu. amitt. cuius opinio est de pœna ordinaria intelligẽda. quasi velit Bald. post Iserniam ibi, aliud dicẽdũ fore, vbi quis consiliũ dederit ad crimẽ cõmittendũ in ipsamet persona, cui cõsilium datur: vt eo casu cõsulẽs teneat pœna ordinaria, etiã si esset alioqui facturus qui cõsiliũ accepit. Nẽpe siquis cõsiliũ dederit seruo vt fugiat à domino: vel alicui fœminæ cõiugatæ, vt adulterium committat. l. 1. §. persuadere. ff. de seruo corrupt. qua in re ipse censeo inuestigandum esse, an pœna sit certa per legem statuta contra consulentem: vt tunc ea sit consulens puniendus: alioqui arbitrio iudicis: quemadmodum paulò antè explicuimus. fit igitur, non esse Baldi sentẽtiam omnino certã.

In eo verò dubio, an alioqui facturus esset delictum is, cui consilium præstitum est, præsumitur eũ absq; consilio non esse facturum: quod notant Angelus. in. l. 1. ff. de eo, per quem factũ erit. in princip. Bal. in. l. 1. C. de seruis fugit. Feli. & Deti. nume. 10. in dict. capit. 1. idem Deti. in dict. 1. consili. nu. 9. Felin. in dicto capitulo, sicut dignum. numer. 12. Bald. in. l. data opera. num. 79. C. qui accus. non possunt. & in capit. 1. §. iniuria. de pace iuram. firmãd. Hippo. in singul. 218. idem in l. 1. §. Diuus. ff. de sicar. & probatur ex eo, quòd in dubio nemo præsumatur delictum commissurus. l. merito. ff. pro socio. glo. in. l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiur. Hæc verò distinctio, an esset quis alioqui facturus, vel non: minimè habet vim, nec est admittẽda in mandante. is etenim tenetur, etiam si mandatarius alioqui sine mandato esset delictũ illud cõmissurus. quia fit hoc in casu crimẽ ipsius mandantis causa, & respectu: quẽadmodũ in specie notat Bar. in dict. l. nõ solũ. §. si mandato. col. vlt. ff. de iniur. cuius opinionẽ asserit eã sequutus cõmunẽ esse Iason in. l. 1. C. de seruis fugiti. num. 22. idem in. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. nu. 16. ff. de adquir. hæred. Ludoui. Carreri. in dict. §. circa. num. 75.

Est igitur in hoc tractatu obseruandũ, irregularitatẽ cõtrahi ex cõsilio, quãdo non esset alioqui facturus, nec homicidium commissurus is, cui



is, cui cõsiliũ præstitũ fuerit: quod notãt Hostiẽs. & Abb. in ca. ex literis. de excess. præl. col. vlt. Feli. in di. ca. sicut dignũ. de homi. nu. 12. & in di. cap. 1. de off. deleg. nu. 13. tex. optimus in dic. cap. ex literis. & est communis opinio Doct. in capit. ad audientiam. de homicid. notat Albertus Trotius de vero & perfect. cleri. lib. secundo, capitulo vigesimo primo, nume. 7. latè tractat de consilio Maria. Soci. in dicto capitulo, ad audientiam. nu. 70. vbi quõ ad irregularitatẽ plures quæstiones examinat, quas & Alber. Tro. atq; alij tradidere. Quòd si quis cõsiliũ dederit alioqui facturo, ita tamen, vt ex iniquo is sit deterior factus, videtur fortasse, hunc irregularem esse propter homicidium inde sequutum. Nam Innocent. & Doct. cõmuniter in capitul. nuper. de sentẽ. excom. probare conantur, hoc consilium sufficere ad iuris canonici excommunicationem. idem Sylueſt. verb. Excommunicatio. 8. q. vlt. & verb. excõmunicatio. vlti. q. 4. quibus suffragatur text. optimus in dicto capi. sicut dignum. §. qui verò. in eius priori parte.

Quòd si ex prauo ad homicidiũ consilio non fuerit occisus is, aduersus quem tractatus præcesserit, sed ipsemet, cui consilium datum est, nihilominus erit consulens irregularis, secundum Cardi. in cap. ad audientiam. num. 3. de homici. Ioã. Andre. Ancha. Domi. & Francum in capitu. vlti. de homicidio. in. 6. Feli. in dict. cap. 1. & in dict. capit. sicut dignum. Albert. Trotium in dicto capi. 21. num. 9. quam opinionẽ censet veriorem esse Maria. Socin. in dict. cap. ad audientiam. numer. 88. tametsi Speculat. in tit. de dispensatione. §. iuxta. nume. 43. contrarium notauerit. multa equidem de consilio lector percipet ab his, quæ à prælegatis authoribus traduntur: & à Ludouico Carrerio in dict. §. circa. numero. 140.

¶ Sextò subsequitur ex his, an præstans opem, vel auxilium homicidio sit irregularis? Et quo ad aliam punitionem generaliter obseruandum est, auxiliũ, & opem tunc pœna ordinaria criminis puniri, cùm ipse auxiliator cooperatur simul in ipso delicto: quod apertissimi iuris est: siquidem in hoc casu potiùs est quis dicẽdus criminis author, quã auxiliator. idẽ erit vbi præstat quis auxilium, vel opem per eum actum qui proximam dedit crimini causam, & immediatam: ita quidem, quòd absq; eo auxilio delictum non fuisset effectum. l. prima. C. de rapt. virg. l. nihil interest. ff. de sicar. capit. fœlicis. de pœnis. in. 6. l. si quenquam. C. de epis. & cleri. capit. 1. de off. deleg. cap. sicut dignum. §. illi autem. de homici. l. 10. titul. 8. parti. 7. optimus tex. in. l. item Mela. §. si alius. ff. ad. l. Aquil. quòd si quis ita opem, vel auxilium præstiterit delicto, vt non dederit proximam facinori causam, puniendus erit pœna extraordinaria. probat text. in. l. Cle. si Fu.

vnica.C.de raptu virgi.ibi: eos comitati.& in dic.cap.fœlicis.ibi: simplici fauore.& in dict.cap. sicut dignum. §. illi etiam. l. is qui opem. ff.de furt.l.1.&.2. C. de his, qui latro. occult.quam distinctionem tenent Salic.in dict.l. vnica. C. de raptu virg.fol.vltimo.Felin.in dicto cap.sicut dignũ.Gandinus in rubr. de homicid. colũ. 2. Abb. Felin. & Deti.in cap.1.de off. deleg. Hippo. in.l.si in rixa.ff. de sicar.numero.34. post alios veteres,quorum hi Doc. meminere:atq; ita esse hanc opinionem communem fatetur Soci.cõs. 188.lib.1.col.4.eandem sequitur Ludo.Carreri. in prac.criminali. §.homicidium.numero.69.Hippolyt.in singulari. 15. apud hos authores. & glo.in dicta.l.nihil interest. comperiet quis varia,& plura huius distinctionis exempla. de quo & Paulus Parisius tractat in consi.152.& cons. 154.nume.20.libro.4.

Quatenùs verò ad irregularitatẽ pertinet,ipse opinor, fauorem præstitum, seu auxilium datum post commissum delictum,minimè cõsiderandum fore: nisi fuerit causa proxima,vel inducens ad committendum delictum.Alioqui etenim illud sit constitutissimum , auxiliũ tunc irregularitatem inducere, quãdo id fuit causa proxima delicti cõmittendi,sic sanè, quòd delictum eo auxilio,vel ope cessante, nec præstita nequaquã foret perpetratũ:aut quãdo quis verè cooperatur delinquẽti: quẽadmodũ apud oẽs est in cõfesso.idẽ ergo cẽserẽ,quoties auxiliũ,faciliorẽ aut tandẽ audaciorẽ efficeret ipsum delinquentẽ ad criminis exequutionem. quod probatur ex dict.cap.sicut dignum.§. qui verò.&.§.clericos.de homicidio.

¶Septimò hac eadẽ ratione agendũ erit de vero, & proprio intellectu text.in capitulo.significasti.in.2. de homicid. quo in loco tractatur de pluribus eundem hominem vulnerãtibus,qui mortem tandem obierit, an omnes percussores sint cẽsendi irregulares.

Primus casus hac in quæstione proponitur:quoties plures cõsultò eundẽ hominẽ fuerint aggressi : & is ex vnico tantũ vulnere mortuus sit:tenentur omnes,etiã qui nõ percusserint,de homicidio, & eius pœna erunt puniendi.notat eleganter Bart.in.l.si in rixa. col.1. ff. de sicar. & ibi Ange.Cin⁹ & Salyc.in.l.quoniam.C.de vi publi. vlti.q. Gandin⁹ tit.de homici.& Caro.Moli. Alex.in cõs.15.libr.1.Thomas Grãmati.cons.4.& decis.15.Ludoui. Carreri.in pract.crimi.tit. de homicidio. 3 §.2.num.68.ac numer.75.&.§. circa. num.445.& est.§.sextus. quibus ad de Matthæ.Afflictum in constitutionibus Neapolitanis lib.1. rubr.13. nume.28.& Alberi.in dict.l.si in rixa. atq; ibidẽ Hippolyt. à Marsilis: qui tenent hanc opinionem Barto. idem probant Innocen.& Doct.in dict. cap.significasti.ex quibus ipse opinor,esse hanc sententiam cõmunem.idem erit , vbi vnus percusserit,& occiderit, cæteri autem auxilium , & opem homicidio proximam dederint:sicuti paulò antè explicuimus. & sanè hic primus casus manifestè ostendit,omnes istos irregulares esse: quod probatur ex ipsa Bart.& aliorum sententia, quæ magis communis apparet : & hos omnes censet homicidas esse , pœnaq; homicidij puniendos fore.



Secũdus casus exponit:cũ vnꝰ fuerit à pluribus in rixa subitò contingenti, non præmisso consilio , vulneratus:& constet,quod ex tot vulneribus sit lethale,& quis id intulerit:in hac equidem specie tenebitur qui vulnus lethale intulit de homicidio,cæteri de percussione.tex. celebris in.l.item Mela.§. sed si seruũ. ff.ad.l.Aquil. & in dict.l. si in rixa. vbi omnes hoc ipsum adnotarunt. & idem tenent Canonistæ in dict. ca.significasti.l.Styl.57.& itẽ hi Docto.quorum in proximo casu mentionem egimus.Zasius lib.2.singular.intellec.ca.6.Pyrrhus Angleberm æus post consuetudines Aurelianenses cap.1. colum.3.& tandẽ hæc est omniũ ferè communis opinio: ex qua deducitur , quid dicendum sit quo ad pœnam irregularitatis. etenim qui tenetur de homicidio erit irregularis : cæteri verò ab ea erunt immunes : quod potest colligi ex dict.cap. significasti. & ex his quæ in ibi traduntur.

Tertia subiscitur species, quando quis ab vno fuit lethali vulnere affectus , & demum ab alio exanimatus, & occisus. Nam priorem percussorem de vulnere,posteriorẽ de homicidio teneri,probat text.in di. l.item Mela.§.Celsus scribit. ff.ad.l. 4 Aquili.dict.l.Styl.57. text. ad idem optimus in.l.huic scripturæ.§. si seruus.ff.ad.l.Aquili. quibus opponitur ex aduerso text.in.l.ita vulneratus.ff.ad.l.Aquili.& in dict.capitu. significasti. quibus in locis constat percutientem lethaliter,& irregularem esse,& de homicidio teneri, licèt ab alio fuerit percussus exanimatus priusquam euentus prioris vulneris appareret.qua ratione glo. in dict.l.ita vulneratus, verb. teneri.Floria. post alios ibi : idem Flori. & Alberi.in dict. §. Celsus. Matth. Afflict.in constit.Neapolit. libro.1. rub.13. num. 26. distinguere conantur ita,vt si constiterit, ac certũ sit, primũ vulnus esse lethale: & ex eo percussum moriturum:tunc teneatur vulnerans de occisione, etiam si postea vulneratus ab alio fuerit exanimatꝰ. ita etenim procedit tex. in dict.l.ita vulneratus.quòd si dubium sit,primum vulnus esse lethale:ita quòd nõ sit certũ ex eo mortem sequuturã,licèt appareat mortiferum:& percussus fuerit alijs illatis vulneribus exanimatus: hoc casu,non tenebitur primus percussor de occiso,sed de vulnerato : atq; ita intelligendus est text.in dict.§.Celsus.cum similibus. eandem distinctionem sequitur Iason in.l. si ab hostibus.ff.solut.matrimon. num. 9.Cœpola caute.5.Ludouic.Carreri.

in pract. crimi. titu. de homicidio. §. 2. num. 68. & sequenti. glo. in dict. l. huic scripturæ. verbo. mortiferè. Ioan. Igneus in. l. 1. §. si quis in villa. nume. 66. ff. ad Syllani. quorum distinctio videtur frequentiori doctorum calculo recepta. idcirco & secundum hanc distinctionem erit iudicandum de irregularitate: vt quoties vulnerans teneatur de occiso, etiam irregularis sit: non sic in alio casu. quod notant in specie Card. & Anania, numero. 31. in dict. cap. significasti. Contrarium tamen in pœna irregularitatis tenuerunt glo. Ioan. Andre. & Abb. ibi: quos sequitur Gonsalus à Villadiego in tract. de irregularitate: capitulo. de percussore. columna tertia. quasi iure pontificio quo ad irregularitatẽ per text. in dict. capitul. significasti. certum sit, quòd percutiens mortiferè, sit irregularis, etiam si vulneratus ab alio fuerit examinatus: quamuis certum non sit, imò dubium, ipsum vulneratum ex priori vulnere moriturum, si ab alijs non foret iterum percussus, & examinatus. quam opinionem, dicens eam esse communem, sequitur Ioan. Igneus in dict. §. si quis in villa. & profectò hæc sententia tutior est: tametsi verè decisio textus in dicto capitulo, significasti. sit intelligenda secundũ iuris Cæsarei distinctionem: ex qua poterit perpendi, quòd in dict. cap. significasti. quo ad istum tertium casum clericus minimè censetur irregularis, quoties apparet, vulnus ab eo illatum non fuisse lethale, irregularis verò censetur, vbi constat, vulnus ab eo illatum fuisse lethale, vel de hoc extat dubium, attamen neutro casu discerni potest, quo ex vulnere percussus perierit, ex primo ne, an ex secundo, vel tertio: tunc enim iustissimè constituitur irregularitas: quemadmodum statim dicemus. At si primum vulnus fuerit lethale, & constiterit, ipsum percussum, extinctum fuisse, & exanimatum ex secundo vulnere: hæc quæstio minimè definitur in dict. capit. significasti. secundum Anani. ibi. & ideo est definienda ex prima distinctione, quam adduximus ad iuris ciuilis intellectum.

Est tamen adnotandum, quod Zasius lib. 2. singular. intellect. ca. 6. aduersus communẽ distinctionem existimat, minùs congruam esse illam differentiam, quæ in vulnere ipso lethali fit: nẽpe, vt sit aliud vulnus lethale simplex: aliud vulnꝰ lethale, ex quo mors certa sit. Scribit etenim, paria iure censeri, quod vulnus sit lethale, & quòd certum sit, aliquem ex vulnere mori. text. singular. in dict. l. ita vulneratus. in vers. sed & hi. & versi. igitur. Nec requiritur secundum eum in iure quo ad naturalia ea certitudo, quæ non fallat, sed ea sufficiat, quæ communiter contingere iolet. l. iura. ff. de legib. gl. in. l. iuris gentium. §. pactorum. ff. de pact. versi. vt personale. potest igitur in iure certum esse, quòd vulnus sit mortale certitudine positiua, & ciuili potest tamen vulneratus ex vi naturæ superuiuere: l. prima ad finem. ff. ad Syllani. non igitur consideramus certitudinem, quæ per occulta naturæ fundatur, sed quæ ex communiter accidentibꝰ veniat, & ex verisimilibus procedat. iccirco ipse Zasius aliter hãc controuersiam dirimere conatur, existimans, vulnerantem mortiferè non teneri de occiso, sed tãtum de vulnere, quoties vulneratus demũ fuerit ab alio percussus, ex eaq; percussione statim exanimatus. dict. §. Celsus. teneri autem vtrunq; de homicidio, si ex percussione posteriori non fuerit statim mors sequuta, & percussus examinatus. dict. l. ita vulneratus. Ex quo hoc procedit, vbi non potest apparere, nec apparet an ex posteriori, vel ex priori vulnere sit vulneratus extinctus: licèt constet, quod posterior ictus mortem à primo vulnere illatam accelerauerit: sicut in eadem. l. ita vulneratus. probatur. & hæc quidem de posteriori vulnere manu hominis illato. Nam si mors sit sequuta post priorem percussionem, non manu hominis, sed alio euentu: primus percussor tenebitur de vulnere tantum. l. huic scripturæ. §. si seruus. ff. ad legem Aquiliam. quia casus fortuitus postea contingens non patitur apparere, an hic vulneratus ex priori vulnere occiderit. Hæc Zasius: cuius sententia non omnino mihi certa est. Nam & in hoc vltimo casu, sicut fortuitus casus non patiebatur apparere, an hic vulneratus occiderit ex priori vulnere: ita & posterior percussio manu hominis illata minimè permittit scire, an primum vulnus percussum exanimauerit, & occiderit: igitur par ratio parem constituit vtrunque casum. deinde iuris certitudo sufficiẽs non est ad punitionem ordinariam homicidij, nisi sequatur verè mors. Etenim etiam si vulnus lethale sit, non licet pœna homicidij punire vulnerantem priusquam mors fuerit sequuta: poterit enim contingere, quòd vulneratus lethaliter non moriatur: vt modò dicebamus: & probat hoc ipsum text. in dicta lege. huic scripturæ. §. si seruus. Nec erit in hoc casu percussor irregularis, si mors non fuerit sequuta, licèt vulnus apparuerit mortiferum. ex quibus mallem ipse communem opinionem sequi: tametsi videam eam satis dubiam esse.

Quarta cõstituitur species, quãdo vnus est à pluribus percussus, & tãdẽ ex vulneribus illis mortem obierit: nec cõstet: eũ potiùs ex vno quã ex alio vulnere mortuum esse: tunc equidẽ omnes hi percussores de homine occiso tenebũtur. d. l. item Mela. §. sed si seruum. versiculo. si plures. & in. d. l. ita vulneratus. in princip. glos. in. l. si in rixa. ff. de sicar. & ibi Bart. col. pe. vers. si verò nõ põt. Andre. de Isernia, & inibi disputat Afflict. in constit. Neapolit. in lib. 1. rubr. 13. nu. 27. Ludouic. Carreri. in. d. §. 2. nume. 69. Ioan. Igneus in. d. l. 1. §. si quis

quis in villa.numer.59.Card.Anani. & Felin.in dict. capitul. significasti. nu. decimo.l.styli. 57. & idem quo ad irregularitatem probat textus in dict. capitulo. significasti.versic. quòd si discerni.textus optimus in capitul.vltim.23.quæstio.quinta.notat Socin.in capitul.ad audientiam. de homicidio.numero.46.sed quòd omnes percussores in hoc casu puniantur pœna extraordinaria, non ordinaria ob incertitudinem, notãt Alexan.consi.15.libr.1.& Hippo.cõs. 110.qui tamen rem istam confusè nimis tractarũt. Nec potest verè probari eorum opinio: cùm illud certũ sit,omnes hos percussisse: & percussum ex his vulneribus mortem obijsse.qua ratione certum est, omnes percussores eum occidisse.Non me later,quibusdam videri,hãc opinionem quam ipse probaui, à multis damnatam esse: sed contendam libenter,eos non huius quarti casus quæstionem,sed sequentis definire, licèt Matthæ.Afflict. ad finem quæstionis videatur probare opinionem Alexand.& itidem Anchar. consil. 216.cuius verba Ananiâ in dict.capitul.significasti.refert,nume.24.

Quintus casus proponitur: quoties quis vno tantùm vulnere lethali fuerit percussus, nec appareat à quo:cùm tamen plures in conflictu rixæ cum eodem contenderint: vel fuit à pluribus multis vulneribus, quorum vnum tantùm est mortiferum,vulneratus: nec cõstat, quis id vulnus intulerit, & sanè in hoc casu,omnes puniendos fore pœna extraordinem arbitraria:& neminẽ ex eis ordinaria:probat regia.l. styl. 57.optimè tenent Ancha.in.d.cons. 216.Anania in dict.numer. 24. & ibi Felin.nu.9.gloss.in dict.§. sed si seruum.verbo.plures.Alexan. in dict. cons.15.libr.primo, & cons.decimo quarto,libro.3.Hippol.in singul.217. idẽ in rub. C. de probatio. nu. 418. & in cons.110.Ioan.Igneus in dic.§. si quis in villa.nu.50. Paul. Parisi. in consi.148.lib.4.nume.3. dicens,hanc opinionẽ communẽ esse. idem fatetur eam sequutus Ludoui.Carrer. in.d.§.2.nu.75.hoc ipsum tenẽt Gandin9 tit.de homici.4.col.Alberic.in dict.l.vltim. ff.de sicar. & ibi Hippo.num.quarto.Speculat.titulo. de homicid.§.primo.vers.pone. Bonifacius titulo. de homici. rubrica de insult.& percusso.column.sexta.& titulo.de pœnis. columna vltima. Ioan.de Imola in hac cõstitutione, si furiosus.col.vlt.Deti. in.l.fauorabiliores.num.6.ff.de regul.iur.& licèt glo.in.d.§.sed si seruũ. velit simpliciter neminẽ puniẽdũ in hoc casu,est intelligẽda quoad punitionẽ ordinariam secundũ omnes. Sic gl. in cap.cupientes.verb. qui culpabiles.de elect.in.6.& in capit. quiescamus.42.dist. quæ sentiunt, omnes hoc in casu puniendos:& Barto. in dic.l.vlt. obtinebunt quoad pœnã extraordinariam.

Quo ad irregularitatem verò,& si glo.in.d.c.quiescamus.sentiat hanc quęstionem expressim decisam esse in.d.c.



in.d.c.significasti.tamẽ Ioã. Andre. ibi & plerique alij dubitarũt. Nam & Speculat.in tit. de dispẽsatione. §.iuxta.numer.52.hanc quæstionem indecisam reliquit. Sicut & Hosti. in tit.de homicidio.§.qua pœna. tenentes, quemlibet relinquendum, & obligandũ suæ conscientiæ, vt ipse qui scit,se vulnus lethale dedisse,irregularem seipsum censeat, & iudicet.idẽ tenent Hostiens. & Cardi.in dic.c.significasti.vbi Ioan.Andre.atq; Anania nume.22.& ferè omnes hoc ipsum probant,& sequũtur.idẽ Nicola. Plouius de irregularit.reg.28.Mari.Soci. in.d.c.ad audientiã.nu.46. qui tamẽ post alios admonet, in dubio quo ad forũ cõscientiæ cõsulendũ esse, quòd quilibet ex his abstineat à diuinis, & se existimet irregularẽ esse:quod videtur admodũ rationi consentaneũ. ex.d.c. ad audiẽtiã. cuius intellectũ nos attigimus in prima huius operis parte,nu.3. & profectò secundũ inibi tradita ipse in hac controuersia potiùs accederem, etiam in foro exteriori,opinioni eorũ,qui probãt hos omnes irregulares fore censendos:sic etenim placuit glo.in dict. capit. quiescamus. & hanc opinionem tutiorem appellat Bartho. Brixiensis in.q.dominicali: aliàs veneriali. 15. præsertim hanc sentẽtiã ipse admitterem eo casu, quo constat, omnes istos percussisse occisum.c. vlti.23. q.5. & in hoc casu expressim ita tenent Ioã.Andre. Gofred. Anania num.22. Cardi. colu. pe. Anto. Abb.& Henri.in dict.capit.significasti.quorum opinionem sequitur asserens eam magis communem esse Albert.Trotius de vero, & perfect. cleri.lib.2. capit.26.num.6.licèt præcitati Docto. quorum ad prioris opinionis authoritatem nemini,in specie ista contrarium, præter Ioan.ab Anania, Card. & Ioannem Andre.voluerint.& glo.in capitul. nolite.in.8.11.q.3. sitq; ab eis citata extrauagans quædam Constitutio Gregorii Noni pro huius quæstionis decisione: quam Henri. censet reuocatam fuisse.

¶Octauò infertur ad eiusdem capi. significasti. veram interpretationẽ quid dicendum sit in eo,qui animo occidendi aliquem percusserit, & is ita vulneratus, fuerit ab aliis occisus statim. Nam Romanus põtifex in dict.capi.significasti. inter multa
6 quæ cõsiderat ad hoc, vt percussor sit liber ab irregularitate propter homicidium statim ab aliis commissum,perpendit,quod is non habuerit voluntatem occidendi, quasi is sit cẽsendus irregularis,si ab eo vulneratus animo occidendi, non tamen mortiferè,statim fuerit ab aliis exanimatus: quòd notat Innocen. in dict.capitu. significasti. vbi glo. in verb. habuerit. adnotauit ex eo capite, quòd voluntas imputatur in homicidio quo ad irregularitatem, cuius contrarium non semel in hac relectione adnotauimus. Igitur non est ita indistinctè probandum quod Innocenti. &

glossa in dict.capitulo. significasti. ex eo textu deduxerunt à contrario sensu: cùm is sit receptissimæ sententiæ maximè contrariũ. quã ob rem Panormit. & Anania ibi, & Soci.in.d.c.ad audientiam.num. 45.censent textum in dic.capitul. significasti.intelligendum fore, quoties habens voluntatem occidendi,opẽ, vel auxilium, aut fauorem occisoribus dederit: iuxta textũ in capitul.sicut dignum.§.vlti.de homici. hic idẽ intellectus colligitur ex Io.Andre.eodem Innoc. Hosti. & Hẽri.in cap. significasti. colum. 3.aut sanè procedit opinio Innocẽt. vbi quis potuit occisum à morte liberare, & noluit, nec liberauit: quasi reus sit homicidii qui potuit
7 hominem liberare à morte, & non liberauerit:cap.sicut dignum. §.illi etiam.de homici.quod in specie notat Hostiens.in dict.capitu.significasti.cuius opinioni suffragatur textus in capitũ.quantæ. de senten.excommunicat. vbi probatur, non tantùm esse excommunicatũ eum, qui clericum percusserit: sed & eum,qui,cum posset,noluit manifesto facinori obuiare.Qua in re illud est obseruandum, iure pontificio teneri quem ab altero, si commodè posit, iniuriam propulsare, & eum ab ea defendere, ac liberare.capi.non inferenda.& capitu.vlt 23.quæstio. tertia. capit. dilecto. de sentent. excommuni.in sexto. vers. & quidem.alioqui reus erit ipsius commissi criminis. quod non ita iure ciuili obtinet, secũdum quod non erit reus iniuriæ illatæ,nec tenebitur qui proximum cõmodè potuit defendere ab iniuria, & homicidio:nec tamen defendit.l. prima. §.sed in eo.ff.ad Syllani.vbi Barto. gl.& Bart.in.l.culpa caret.ff. de regul.iur.Abb. & Doct. communiter in. c.1. de offi.deleg. ego verò in regul.peccatũ.de regul.iur. in. 6. 2. part.§.3.nu.4. probare conatus sum, nullã in hoc cõstitui posse differentiam inter ius canonicum, & ciuile.Imò vtroq; iure verum est,quòd quis teneatur proximum ab iniuria defendere,si cõmodè id fieri possit:licet pœna statuta non sit aduersus eũ,qui id agere omiserit saltem ordinaria regulariter: sicuti tradidere Doct.in. d.c.1.de offi. delegat.Alberi.in.l.metum.§.sed licet.ff.quod metus cau.Fortuni.in. l. vt vim. ff. de iust.& iu.ad finẽ.Ioã.Igneus in l.1.§.serui appellatione. ff. ad Syllani.nu.125.Gratus consi.1.nu.47. libr. 1.Adria.quodlibet.1.artic.2.col.4. cadẽq; opinio probatur à sensu argumẽti ex cõtrario,in. d.l. culpa caret. põt autẽ quis cõmodè iniuriã à proximo repellere,& propulsare, quando secundũ bonos mores, sine dedecore, ac sine rubore hoc agere posset,vt notat Felin. in.d.c. quantæ.& sine scãdalo,ex his quæ idem Feli.tradit in.c.2. de hæreticis. quod est arbitrio boni viri maturius iudicandũ. Sic deniq; ipse punirẽ saltẽ pœna arbitraria extra ordinẽ istã desidiã,aut negligentiã,etiã in foro secu



seculari.Nihilominus dubium erit nõ ita facilis solutionis,an ex hac omissione oriatur obligatio ad restitutionem:id verò in.d.regu.peccatũ.nos explicuim⁹. Super est igitur exponere, sit ne quis propter culpã istã censendus irregularis.Nã canonis excommunicatione afficitur is, qui clericum potuit à percussione, & iniuria defendere,nec tamen defendit:vt probatur. in.d.c. quantæ. vbi gl.Abb.& Henri.post alios, id respõsum intellexere, quoties quis habet potestatẽ publicã, aut priuatã iure familiæ in ipsum percussorẽ. Etenim cõmuni omniũ sentẽtia decisum extat,in his casibus locũ fore excommunicationi: atque eis omnino conuenire rationem textus in dicto.capitul.quantæ. idem erit in eo,qui dolosè desinit obuiare percutienti clericum: Nam ex eo dolo,cùm posset commodè à clerico iniuriam auertere, excommunicatus erit propter manifestam percussionis culpam:sicuti Innocent. Panor.& Henri.voluerunt post alios in dicto capitul.quantæ.Aufreri.in Clem.prima,de offi. ordina. regul. tertia, declarat. septima.tradit latè Ludoui.Carreri.in practic. titul. de homicid.§.quarto.numer. decimonono. &.§. sexto. nu. 63. ex quibus poterit defendi Hostiens. & aliorũ opinio. vt denique in his casibus, quibus constat, excommunicationem canonis locum habere, in eisdem etiam pœnam,& vitium irregularitatis constituamus propter candem rationem, & authoritatẽ textus in dict.capit. sicut dignum. §.illi etiam.

¶Nonò subsequit hic opportunè verus intellectus ad tex.in.c.Petrus de homicid. vbi proponitur quæstio elegãs,an homicidiũ abalioquibus perpetratũ imputetur eorũ cõ
8 sanguineo, cuius causa homicidæ ipsam occisionẽ aggressi sunt:nempe in vindictam iniuriæ illatæ: qua in cõtrouersia aliquot distinguam ad faciliorem eius intellectum.

Primũ etenim potest contingere, quòd quis dederit causam rixæ, & eius amici,famuli,vel consanguinei alterũ cũ eo cõtendentẽ,& pugnãtẽ occiderint,præter eius voluntatẽ, imò cõtra eius prohibitionẽ:& tũc esse istũ irregularẽ notant cõmuniter Doct.in.c.Petrus.Gõsalus à Villadiego de irregular.c. de percussore.col.8.Maria.Soc.in.d.c.ad audiẽtiã.de homi.num.50.pro hoc citãtes tex.in.d.c.Petrus.vbi ab irregularitate excusatur qui ignorauit, vel prohibuit: quia non dedit causam contentioni,nec rixæ:imò ipse occisus fuit in culpa illius inimicitiæ, & pugnæ.Hæc tamẽ cõmunis opinio contrariã habet glo.in capit.vlti.23.q.vlti. quam sequuntur Bald. in.l.data opera.C. qui accusa. non poss. columna penultima. & in.l. prima,column.quarta.C. de seruis fugi.Hippol.in.l.vnica.C. de raptu virgi.nu.81.nisi dixeris sequutus Feli.in.d.c.Petrus. hãc glo. procedere quo ad pœnã exteriorẽ ordinariã,

non

non quo ad irregularitatem. Aut forsan gloss.illa procedit vbi quis non dedit causam rixæ, nec fuit in culpa:quia alter fuit pugnæ,aut cõtẽtionis aggressor.& licèt communis opinio dubia sit,tutior tamẽ apparet ex eo,quòd is,quem communis sententia iudicat irregularem, dederit rixæ causam, eiusque culpam habuerit.

Secũdus casus posset cõstitui,quãdo potuit prohibere, & prohibuit, & profectò cũ ipsius causa, & ob iniuriã ei illatã homicidiũ fiat: possetq; id commodè prohibere, visus est maximè consentire, si nõ prohibuit, & culpam inde homicidii ad irregularitatem contraxit:quod mihi probat tex.in dict.cap.Petrus.ad finem:quicquid glo.ibidem senserit.hoc ipsum probat ex his,quæ in proxima illatione diximus.

Tertius proponitur casus, quum quis dedit causam rixæ, eoq; pugnante inimici alterius accesserunt, & eum occiderũt ratione propriæ inimicitiæ: non vt negotium istius agerent.& Gõsalus à Villadiego in dict.cap.de percussore.col.8. tenet, hunc esse irregularẽ. Cuius opinio admodum dubia est, tum propter tex.in ca.significasti.in. 2. de homicid.qui tamen tractat de causa rixæ iustissima: tum etiam quia in hac specie Panormit.cõtrarium probat in dict.capi.Petrus.& Soci. in dict. cap.ad audientiam.num.50.

Quartò illud cõstituitur, quoties quis præsens fuit tractatui habito super occidendo eius inimico ab eius seruis, aut consanguineis:& tamen tacuit.Nam ipse censeo, hunc esse irregularem:non enim est hæc simplex taciturnitas,sed ita contingens,vt ad consensum accedat, propterea quòd tractatus fiat eius causa:argu.cap.constitutis.de testib. in primo.l.qui patitur.ff. manda. Cle. 1.de procurat.l.filiusfamilias. ff. ad Macedoni.atq; ita in hoc casu definire videntur gloss.in versi. contra prohibitionem. Abb. Felin. & alii in dict.capit.Petrus.quibus accedit quod Iason notat in.l. de pupillo.§. si quis ipsi prætori.nu. 14.ff. de noui oper.nunti.scribẽs, quòd si dñs, vel consanguineus sit, quid facturi sint famuli,vel consanguinei in vindictam iniuriæ sibi illatæ, aut eius causa:& non prohibuerit, consentire delicto videtur.

Quintò in eadẽ specie mihi probatissimi iuris est,teneri illũ,cuius grã homicidiũ fieri paratur, eo meliori modo, & forma, quibus potuerit crimẽ hoc impedire, etiã si nec fuerit præsens tractatui:sed tantũ scientiam eius habuerit:& fuerit ad vitandũ crimẽ necessaria eius tractatꝰ reuelatio: alioqui erit irregularis, præsertim si malo zelo hanc reuelationẽ omiserit. quod cautè est cõsiderãdũ ex Hẽri.in dic.ca.Petrus. tametsi variè Innocent.& alii ibidem hac ĩ quæstiõe respõderint. etenim semper est culpa istius inspicienda, vt eum iudicemus irregularem.

Imò & in omnibus his casibus non



nõ tantùm erit locus irregularitati, sed & aliis criminis commissi pœnis:quod deducitur ex dict.cap.cõstitutis.& in cap.sicut tuis.de simonia.Feli.in dict.capit.Petrus. Baldo in capi.veritatis.de dolo & cont.licèt nõ omnino sit pœna ordinaria infligenda: saltem corporalis, aut criminalis.

¶Decimò ex his poterit examinari quod notat Guili. Laudunẽsis in hac Glem.1.in gl.vlt.scribens, irregularẽ esse eum,qui alterũ percusserit,licèt non mortiferè, si propter eã percussionem ex imperitia medici, aut ex malo corporis regimine obierit.hoc ipsum tenet Ludo.Carre.in pract.crimi.titu. de homicidio. §.6. num.322.vers. vbi limitat. idem notat Henri.in dict.ca. significasti. in 2.de homi. colu.2. quibus aduersus

9 Caiet.in.2.2.q.64.artic.8.ex hoc, inquit, excusatur non intendens occidere percussor ab homicidio, quando mors ex mala cura, vel regimine sequitur. sed quia quo ad irregularitatem superius diximus esse voluntarium homicidiũ quod sequitur ex vulnere illato, licèt percutiens non habuerit animum occidendi, cùm habuerit animũ vulnerandi: saltem hæc voluntas fertur in homicidium magis, vel minùs indirectè iuxta percussionis, & instrumenti qualitatem: ipse veriorem esse opinor opinionẽ Guilielmi, & Henri. nec enim negari potest, hunc vulneratum mortem obiisse ex vulnere,vt ferè causa propinqua. Nam ex eo sequuta fuit mors:siquidem non illato illo vulnere percussus minimè ea ex causa mortem obiisset. Quòd præmissa percussoris culpa satis est ad irregularitatem ex homicidio constituendam,cap.de cætero.de homici. tex. ad hanc decisionem in specie singularis in capitu.tua nos.in princi. de homicid.etenim quòd non fuerit adhibita diligentia in medicamine vulneris,per accidens ad mortem pertinet: ipsum autem vulnus directè, & per se mortem intulit. At in ca. exhibita. de homi. nullam habuit culpam is, qui ab irregularitate excusatur, quia si culpã aliquam habuisset in ipso vulnere inferendo: profectò irregularis foret iudicandus,si ex vulnere,etiam culpa medici,vel incuria infirmi,mors foret sequuta:sicuti inibi sentiunt Innocent.Abb. Anania, & Felin. post Hosti.& Henri. quorum opinio communis est,in hunc sensum quòd illa Decretalis contineat ius commune, non dispensationem: & idem tenet gloss.ibi vltima, & verb. corruens. ex multis quidem: quia culpa defuit, & propter imperitiam medici, & negligentiam ipsius parentis in filii vulnere medendo, & curando.attamẽ Hosti. Henri.& Feli.sentiunt plurimũ excusare medici imperitiam,& incuriam parentum, etiam si aliquam culpam habuisset is,de cuius irregularitate inibi agitur: & præterea ætatem eius puerilem fuisse consideratam

ratam existimant:& deinde causam vulneris remotam esse. Innocent. Panor. & Anania.opinantur, non satis esse sufficiẽtem excusationem ipsius medici imperitiam, si culpa præcessisset propinqua ipsius vulneris. quicquid sit, omnes mihi in hoc conuenire videntur, vbi contigerit culpa propinqua vulneris ex quo fuerit sequuta mors, non excusari quenquam ex imperitia medici, nec ex inordinato regimine ipsius vulnerati. Quòd si vulnus illatum esset adeò leue, quòd nullo, vel modico medicamine percussus posset liber, & sanus euadere:& tamen vulneri appositum est venenum:tunc percussor, ni fallor, non esset iudicandus irregularis:quia ex veneno potiùs, quàm ex vulnere percussus moritur.

His tamen addendum est, nõ imputari quo ad legem Aquiliam, nec quo ad pœnam ordinariam homicidium vulneranti non mortiferè, si id fuerit sequutum culpa medici, vel vulnerati.l.qui occidit.§.vlti.ff. ad.l.Aquil.notatur in.l.quod si nolit.§.si mancipium.ff. de ædilit. edicto.glos. quam ibi notant Bald. & Docto.in.l.si ab hostibus. §.1. ff. solut. matri. quam dixit esse auream Felin.in capitu.presbyterum.de homici.est & ad hoc gloss.in dict. §.si mancipiũ. quam cõmendat Areti. in.§.vlt.Inst.de emptio. & vẽditio. tradũt Bologni.cõs.5.col.3. & Hippo.in practica.§.& quia.numero.18.

Cæterùm Ange.in dict.§. si mancipium. scribit, quòd vbi vulnus est in dubio an sit mortiferum, vel ne,& ipse vulneratus vocauerit ad medelam medicum imperitũ, præsumendum erit, mortem contigisse culpa medici potiùs quàm ex ipso vulnere.idem sentiunt glo.Bart. & Docto.in dict.l. si ab hostibus. §. 1. Floria.in.l.ait lex.§.1.ff. ad legem Aquiliam.text.optimus in.l.si ex plagis.in principio.ff.eodem titul. vbi probatur, percussorem non teneri de morte, sed de vulnere, si percussus adhibuit ad medelam incantatorem:quod Socin.notat in consil. 178.columna quarta.libro.secundo. Vnde illud est constituendum, vulnerantem in his casibus semper teneri de vulnere.sed quo ad hãc decisionem Angeli, oportet aliquot casus distinguere.

Primus equidem casus constat, quando est dubium, an vulnus sit mortale, aut appareat, illud non esse mortale.tunc etenim obtinẽt ea, quæ modò adnotauimus in versi. His tamen.& in versi.Cæterùm.

Secundus casus proponitur quoties constat iudicio medicorũ, vulnus fuisse, & esse mortiferum:& in hac specie siue percussus medicum non adsciuerit, aut tandem imperitum:& moriatur:homicidium percussori imputatur, non tantùm vulnus:sicuti sensit Alexan.in dict.l. si ab hostibus. §. primo. columna secunda. eleganter Soci. in dict.cons. 178.col.2.glo.& Albe.in l.huic scripturæ.ff.ad legem Aquiliam.

Tertius



Tertius casus constat ex primo. Nam vbi apparet, vulnus non esse mortiferum, & tãdem mors fuerit sequuta, præsumitur, eam ex culpa medici, vl'infirmi processisse. quod notat Platea in.l.nec semel.C. de re milit.lib.10.Feli.in dict.cap.presbyterum.columna.2.Soci.in dicto cõsil.178.columna secunda.sensit Bal. in dict.l. si ab hostibus.§.1. & in dicta.l.qui occidit.§.vltimo,

Quartus casus contingit, quoties quis moritur ex febri, & morbo ac cidẽti ratione vulneris: tenebiẽ etenim percussor de homici. non tantum de vulnere.tex.in.d. c.presbyterum.vbi Felin.post glos. & alios & licèt inibi tractetur de irregularitate, idẽ erit propter eandem rationem quo ad alias pœnas: quemadmodum docet Alber. 2. part.statu. q.37.Ludo.Carreri.alios allegans in practica.titu.de homicidio.§.2.nu. 74.idem latiùs in.§.6.nume.322. tametsi existimet, etiam in hoc casu non esse percussorem puniendum pœna ordinaria:quod eleganter tradit Cæpola cons.62. Qua in re iudicio medicorum maximè standum erit secundum eosdem, & Ripam, in tract.de peste.in vlti.parte.§. Medicorum.auxilio.numer.138.Alex.in l.si ita stipulatus essem abs te. vlti. col.ff.de verb.obligat.Bologni, cõsil.5.col.3.text.ad hæc, & similia in.l. mortuis.& ibi Barto.ff.locat.Abb. & Anania in dict.capi.presbyterũ.

Quoties verò diximus, præsumi vulneratum obiisse ex culpa medici, aut ipsius infirmi: atq; ideo non teneri percussorem de homicidio, sed de vulnere:id est intelligendum quo ad mortis pœnam, nõ quo ad alia vt explicãt Hipp. in cõs.7.Ludo ui.Gomec.in reg. cãcelleriæ de infirmis.q.11.vbi tractat de iudicio medicorũ post Bart.ĩ.l.vlt.ff.de sica.n.12.

Quòd si constet, vulneratum ex percussione mortem obiisse: tunc nihil refert ad punitionem, quòd ex interuallo, vel intra breue tempus decesserit. Bart.in dict.l.vlti.ad finem.& ibi Hippo.nume. 63. & in dict. cons. 7. Ancha.Cardi.Abb.& Feli.in dict. capit, presbyterum.Anania in cap.2.de cleri. percuss. text. in.l.ait lex. & in lege. si ex plagis. in princip.ff.ad.l. Aquil.notat Panor. in dict.cap.2.de cleri.percuss.tametsi præsumptio non leuis sit, mortẽ ex vulnere non esse sequutam, quãdo percussus ex interuallo mortem obierit:præsertim postquam semel conualuerit.text.optimus in dicto cap.presbyterum. & in cap.seq.& in dict.cap.2.cap.si qua fœmina. 50. dist.glo.singular.in.l.1.C. de emendat. seruo. sed hoc est semper iuxta medicorum iudicium censendum: vt Bart.& alij notant in dict.l. vlti. Ancha. in cons. 283.Bologn.in dic. cõs. 5.col. 2. & deniq; ita visum est omnibus his iuris vtriusq; doctoribus, quorum ad hanc decimam illationem mentionẽ facimus. Neq; enim aliter poterit commodè quæstio ista definiri: quæ omnino notanda est quo ad irregularitatis pœ-

 nam,

nam,& quo ad homicidii, vel vulneris illati ordinariam aut extraordinariam punitionem.

## Ex.§.ſequenti.

1 *Irregularis eſt qui abortioni cauſam dederit:& ibi de huius criminis pœna.*
2 *Bellum iuſtum, vel iniuſtũ, an efficiat quem irregularem:& an clericus poſſit pugnare propria manu?*
3 *Diſpenſare quis poſſit ſuper irregularitate contracta ex homicidio voluntario?*
4 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum homicida voluntario, occulto tamen.*
5 *Quis poſſit diſpenſare cum homicida caſuali quo ad irregularitatem?*
6 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum homicida voluntario quo ad retentionem beneficij.*
7 *Homicida beneficio eccleſiaſtico priuandus per ſententiam, an poſſit interim ante priuationem eidem beneficio renuntiare.*

## §.Tertius.

NDecimò adhunc irregularitatis tractatum admodũ pertinet inquirere de eo, qui abortioni cauſam dederit: an & homicida ſit qui abortionis crimen commiſerit, eidem cauſam exhibens? cui quæſtioni prænotanda ſunt pulchra Ciceronis verba in Oratione pro Aulo Cluẽtio: cuius pars refer-
1 tur à Iuriſconſulto in lege. Cicero. 39 ff. de pœnis. Etenim cùm actum eſſet de punitione fœminæ cuiuſdã, quæ ob pecuniã fœtũ nõdũ animatũ potionibus ſumptis abegit, ſubdit Cicero: Nec iniuria, quæ ſpẽ parentis, memoriã nominis, ſubſidiã generis, hæredẽ familiæ, deſignatũ reipublicæ ciuẽ ſuſtuliſſet. Hæc Cicero: cui & Tertullianus cõcinit in Apologetico, capi. 9. Nobis verò, inquit, homicidio ſẽper interdicto, etiã conceptũ vtero dum adhuc ſanguis in hominem delibatur, diſſoluere non licèt. Homicidii feſtinatio eſt prohibere naſci. Nec refert, natam quis eripiat animam, an naſcentem diſturbet. Homo eſt, & qui eſt futurus, etiam fructus omnis iam in ſemine eſt. Hæc inibi. Nihilominus quo ad irregularitatem neceſſarium eſt quòd fœtus tẽpore abortionis ſit iam in vtero animatus: alioqui non eſt propriè homicidiũ, quod irregularem efficiat dantem abortioni cauſam. text. in capitu. ſicut. vbi gloſ. & Docto. de homici. glo. in capit. ſi aliquis: eodem titul. quam ibi ſequuntur Doct. & eſſe hanc opinionem communem fatetur Albertus Trotius de vero, & perfecto Cleri. libr. 2. capitu. 14. numero. 6. idem colligitur ex multis, quos ad hoc citat Ludoui. Carreri. in practica criminali. titul. de homicidio. §. primo. num. 24. & probatur in ca. Moiſes. & ſeq. 32. quæſt. 2. Homicidiũ etenim à cęde hominis dicitur: ca. homicidiũ. de pœnit. diſt. 1. c. homicidiũ. 23. q. 5. Homo autem non dicitur ſine anima. c. in quadã. de celebr. miſ. c. cũ Chriſtus. de hæretic. l. in lege Falcidia placuit. ff. ad l. Falcidi. fœtus autẽ dicitur animatus, ſi maſculinus ſit, die quadrageſimo à conceptione: ſi fœmineus, die octuageſimo ab ipſo cõceptũ. glo. in ſumma. 5. diſt. quam ſequũtur cõmuniter Doct. ibi: & in. d. c. ſicut. & in dicto capitul. ſi aliquis. Alberic. in. 3. parte ſtatutor. q. 59. & gloſ. in Clemen. prima, de ſumma Trinita. verb. ſimul. Plinius verò libr. ſeptimo, capit. ſexto in fœmineo ſcribit partũ eſſe animatũ nonageſimo die. in maſculo quadrageſimo. & hæc quidẽ de anima ratiõali. Anima etenim nutritiua ſeu vegetatiua, qualis eſt in plãtis, adeſt fœtui, etiam ante diem quadrageſimum: quia creſcit: vt explicat. ſ. Thomas in. 1. parte. q. 76. art. 3. ſcribens, quòd fœtus prius habet, vt eſt animal, animam, quæ eſt ſenſitiua tantum, qua ablata aduenit perfectior anima, quæ eſt ſimul ſenſitiua, & intellectiua: anteà verò, quàm ſit animal habet animam nutritiuam, ſeu vegetatiuã: & priùs eſt animal quàm homo, ſecundum Ariſtot. de generatione animali. lib. 2. capit. 11. id eſt priùs habet animam, quæ eſt ſenſitiua tantùm, quàm adueniat perfectior, quæ ſit intellectiua.

Non obierit communi opinioni text. in dict. cap. ſi aliquis. vbi reſpõſum eſt, teneri vt homicidam eum, qui abortioni fœtus nondum animati cauſam dederit. Nam verè homicida non eſt, nec propriè homicidium ex hoc cõtrahitur: licèt punitio lonum habeat extraordinaria: nempe exilii, l. ſi mulierem. ff. de ſicar. vbi Hippo. Felin. poſt alios in dict. capitu. ſi aliquis. l. diuus. ff. de extraordi. crimi. nos item hac de rẽ tractauimus libr. 2. vari. reſolutio. c. vlti. num. 10. quo in loco diximus, pœna ordinaria, & ſic morte puniẽdũ fore eum, qui abortioni fœtus animati cauſam dederit. l. penulti. C. de ſicar. dict. l. diuus. ſecundum alium intellectum. Igitur qui abortioni fœtus nondum animati cauſam dederit, homicida verus nõ eſt, ei tamẽ admodum ſimilis, & ideo punitur vt homicida, pœna quid extraordinaria: & mortale crimen, ac peccatum committit ſecundum Abb. & communem in dict. capit. ſicut. de homicid. eaq; ex culpa homicida quodãmodo dicitur à Tertulliano: & in dict. capit. ſi aliquis.

Quòd verò adnotauimus, morte eſſe puniendum, qui aborſui fœtus animati cauſam dederit: tunc obtinet, quando id dolo fecerit, alioqui ſi non eo animo quis fœminã prægnantem percuſſerit, vt aborſus ſequatur: qui tamen præter intentionem percutientis contigerit: non erit locus pœnæ ordinariæ: ſed extra ordinem is puniendus erit pro modo culpæ. arg. l. in lege. Cornelia. ff. de ſicar. quod notant Felin. in dict. capit. ſicut. & Albericus in. 3. parte. ſtatut. q. 59. vbi expreſsim explicat, animum, & dolum ad abortionẽ colligi ex ipſamet percuſsione, & eius qualitate. idem in ſpecie iſta euidentiùs Caieta. deducit in. 2. 2. qõ. 64. art. 8. in reſponſione ad. 3.

Hinc eſt omnino penſitandum quod ſcribit Ioan. à Neapoli. quod libet.

libet.10.etenim respondet, non esse homicidam, imò à culpa excusari. qui vel potionibus, vel alio remedio abortioni fœtus nondum animati causam dederit, ad ipsius prægnantis salutem: cùm certum sit, eã ex puerperio morituram, quasi liceat impedire fœtus nondum animati lucem ad effugiendam mortem matris iam equidem animatæ. quod non ita licet, si constet, fœtũ iam animatum esse, vel de hoc dubium sit: quemadmodũ ipse Neapolit. notat: & Florenti. 3. part. titu. 7. cap. 2. §. 2. ex quibus erit intelligẽdum quod Mari. Soci. & Feli. probare tentarunt in dict. ca. si aliquis. asseuerantes, licitum esse abortioni causam dare ad effugiendam mortem prægnantis ex puerperio morituræ.

¶Duodecimò ex præcedentibus colligitur, quid tenendum sit in ea quæstione, qua quæritur, an sit irregularis qui neminẽ occiderit, fuit tamen præsens prælio, in cuius cõ
2 flictu aliquis occisus est. cui quæstioni & illa proxima est, an clericus posit in bello pugnare: & profectò ex. s. Thoma, & ibi Caiet. 2. 2. quæstione. 40. art. 2. Abb. Card. Hẽri. Anania, Feli. & aliis in capit. penult. de homicid. Florent. 3. part. titu. 28. capit. 2. §. 6. potest hac in quæstione primùm responderi, clericũ posse præsentem esse bello iusto, & hortari milites ad pugnam: text. in dict. capit petitio. de homi. vbi gloss. & gloss. in capitulo, quod in dubiis. de pœnis. nõ tamen pugnare, imò peccaret grauiter, si pugnaret propria manu, cùm hoc non sit ei licitum. cap. clerici. & cap. sequẽti. 23. q. 8. capitu. ex multa. de voto. quòd si esset clericus in minoribus cõstitutus, posset absq; peccato in bello iusto propria pugnare manu: sicut & laicus. nec esset irregularis, etiam si propria pugnaret manu, modò aliquẽ nec occideret, nec mẽbro mutilaret: siqdẽ clericꝰ adhuc in sacris cõstitutus, & cui non licet propria pugnare manu irregularis nõ est si pugnauerit in bello iusto, nec tamen quẽquã occiderit, aut mutilauerit, etiam si in eo cõflictu fuerint plures occisi, aut mẽbris mutilati. text. optimus in dict. ca. petitio. quo in loco apparet, esse quem irregularem, si adhuc in bello iusto propria pugnauerit manu, & aliquẽ occiderit, aut membro mutilauerit. idem probat glo. in ca. scisciitatis. 7. q. 1. & est cõmunis omnium opinio. Quòd si Roma. Põtifex alicui clerico permitteret, vt propria in bello pugnaret manu, & is in cõflictu belli aliquẽ occideret, nõ erit irregularis cẽsendus secũdũ oẽs. qa is id permisit, qui põt super irregularitate contracta ex homicidio dispẽsare, quẽ ad modũ stati dicemus.

Sed & id, quòd modò probauimus: nẽpe, posse clericũ absq; irregularitatis pœna in bello iusto hortari milites: quidã verũ esse cẽsent, vbi hęc exhortatio fiat inter belli cõflictũ: quasi minimè liceat absq; irregularitatis periculo in ipso belli iusti conflictu milites exhortari ad pugnã ex qua homicidia & mutilationes mẽbrorũ sequãtur: sic sanè visum est Innocẽt. & Hostiensi, in dict. c. quod in dubiis. Hẽri. in dic. ca. petitio. & Sylvest. verb. bellũ. 3. §. 2. à quibus ipse dissentio aliorum mentẽ sequutus: quippe qui videã, hanc differentiã verbalem esse, non realem. Nam & præter alia text. in dicto capitulo, petitio. ad irregularitatem constituẽdam expressim definuit, nõ esse satis, quòd quis fuerit præsens bello iusto simul cum ipsis militibus, & pugnauerit: sed requirit, quòd aliquem ex hostibus manu propria interfecerit, mẽbroue mutilauerit. & tamen nõ potest quis in prælium, & pugnæ conflictum exire, quin & in ipsa pugna alios eius socios ad strenuè pugnãdum hortetur. igitur etiam si clericus in bello iusto hortetur ad præliandum in ipso conflictu pugnæ non erit irregularis: imò & si hostẽ percuteret immunis adhuc esset in hac specie ab irregularitate: sicuti in dict. cap. petitio. palàm constat.

Sed si quis in bello iusto propria pugnaret manu eo casu, quo sibi liceret, nẽpe, vbi si non pugnaret, patria euerteretur ab hostibus vel exercitus deleretur: esset; ea pugna in bello iusto meritoria: & aliquem occideret, aut membro mutilaret, irregularis erit censendus si clericus sit, secundum Caiet. in. 2. 2. quæstione. 40. articu. 2. Attamen Panormit. Anania, & Doct. in dict. ca. petitio. dum ad illius ca. respõsum rationẽ decidendi reddidere, cõtrariũ præmittũt: & deniq; huius quæstionis vera decisio pendet ab his, quæ statim in 3. huius Relectionis parte dicentur super glo. in verb. suum.

Quòd si bellum iniustum sit, qui in eo pugnauerit, auxiliũ, aut opem dederit, irregularis erit, si inde secuta sit mors hostis, aut mẽbri mutilatio. cap. sicut dignum. §. vlti. de homici. vbi hoc notant oẽs. idẽ Abb. & Doct. in dic. capi. petitio. Maria Soci. in dic. capi. ad audientiam. nu. 60. Consalus à Villadiego de irregularit. cap. de homicida. col. 4.

¶Postremò de homicidio quo ad irregularitatẽ illud superest examinare, quis posit per dispensationẽ hoc vitiũ tollere? & sanè de homi.
3 volũtario, vel casuali acturus, quod gñaliter de omni irregularitate iam præmisimꝰ, & de hac itidẽ in specie adnotauimus: scilicet, irregularitatẽ homicidii, etiam voluntarii causa cõtractã, iuris esse tantùm humani & positiui. ca. nõ inferenda. 23. q. 3. vbi Ambrosius refert, Moysen AEgyptiũ quendã interfecisse: idẽ constat Exodi. capi. 2. & tamen is altare Deo erexit & cõsecrauit, Exod. c. 31. & ca. 1. de cõsecrat. dist. 1. vnde glo. in summa. 21. dist. scribit, lege diuina veteris testamenti homicidã nõ prohiberi sacerdotio: idem glo. in dict. cap. 1. de consecrat. dist. 1. Nec quicquam refert, quod Dauid rex 2. Reg. cap. 7. à domino audierit: nõ

ædificabis mihi templum, quia vir ſanguinis es. Nam etſi Moiſes ſanguinem per homicidium effuderat:non tamen ita ſanguinolentus, vt Dauid dici potuit,propter multum ſanguinem effuſum à Dauid rege.quod apparet ex capitulo.22. Paralipomenon. & præterea Dauid præparabat ædificare illud vnicum templum apud iudaicum popolum , quod præfigurabat eccleſiam Chriſtianam , quæ in pacis vnione,& concordia, ac charitate fundata eſt. capit. 4.ad Epheſios, Solicitè, inquit Paulus,ſeruate vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. vnde conſtat, irregularitatem ex homicidio non eſſe,nec fuiſſe inductã lege veteri diuina.quod ſi veteris teſtamenti lege diuina fuiſſet inſtituta,hodie poſt legis euangelicæ inſtitutionem minimè vim legis ea inſtitutio haberet:nec ex ea dici poſſet hanc irregularitatem iure diuino inductam eſſe. Ius diuinum legis euãgelicę nihil hac de re ſtatuit: idcirco ſequitur , hanc irregularitatem iure pontificio humano ſtatutam fuiſſe,quemadmodum voluerunt Innocẽt.& Doct. in ca. niſi cùm pridem.de reuuntiat. idem Innocent. & alii in cap. ad audientiam.de homicid.Palud. in. 4. ſent. diſt.25. q.3. col. vlt. Florent.3. parte, tit.28.cap.2.§. 6.& eſſe hanc opinionem communem fatetur Syluest. verb. irregularitas. in fine. tametſi Panormit. in dict. ca. ad audientiã. & ibi Maria. Soci. 3. q.principali.tenẽat irregularitatẽ propter homicidiũ iure diuino fuiſſe inductã, quæ quidẽ opinio minimè poteſt iure probari.

Hinc plenè cõſtat,Romanũ põtificẽ poſſe diſpenſare ſuper hoc vitio irregularitatis ex homicidio cõtractæ: ſicut diſpẽſare poteſt aduerſus alias humanas leges,& põticificias. quod probãt Innocẽt. Hoſti. Abb. Anania,& cõmuniter doct.in capi. ſicut dignũ.§.vlt. de homici. & in dict. ca. ad audiẽtiã. vbi Soci.nu.95. Flortẽ. in dic.§.6.Gõſalus à Villadiego de irregularit.cap.vlt.dicẽs , hãc opinionẽ cõmunẽ eſſe , quã etiã ſequunt Syluest.in dic.verb.irregularitas.ad finẽ.Alber. Trotius in trac. de vero , & perfecto clerico.2.libr. ca.26. Thomas Ferrati⁹ cautela. 44. Ludoui. Gomeci. in tract.expectatiuarum.num.88.

In hoc tamẽ cõueniũt oẽs,difficilimè obtineri hãc diſpenſationẽ à Sũmo põtifice,niſi pro eo,qui religioſ⁹ ſit,vel eſſe velit ĩ aliquo mẽdicantiũ religioſorum monaſterio.quod ita fieri aſſeuerãt Ludo. Gomeci. in dicto nu.88.&Ioã. Staphil.de literis gratiæ & iuſtitiæ.folio.193. col.2. Idẽ in praxi receptũ eſt, quoties homicidiũ volũtariũ ſit occultũ oĩno. Nã Roma.Põtifex cõſueuit cũ hoc
4 homicida diſpenſare:ſaltẽ vt in ſuſceptis ordinibus miniſtret:quẽadmodũ fatetur Ludo. Gomecius in dict,num.88.id verò mirũ nõ eſt : ſi quidẽ epiſcopus diſpenſare poteſt cũ homicida voluntario, ſi is ſit omnino occultus quo ad miniſteriũ altaris in ſuſceptis ordinibus:authore Archid. in.c.de his.50.diſtinct. & Frederico conſi.168.Ancha.in regu. peccati venia.de regu.iur.in.6.colũ. 3.tex.optimus in capitulo. niſi cùm pridem.de renuntiatio-verſic. ſi tamen culpa latet. Simul & ex regula,quæ adnotari ſolet ex cap.nuper. de ſent.excom. quam & in diſpenſationibus probant Ioã. Lignianus, Calderi.& Panormit.in capit. At ſi clerici.§.de adulteriſs.nume.5.de iudic.poſt Innoc.vbi Bellamera eum ſequitur in capi.dilectus.de tempo. ordinat. eandem opinionem quo ad ſuſceptos, & ſuſcipiendos ordines ſequitur Angelus in verbo. Homicidium.5.quæſt.1. ex Panormita. eam deducens in cap.extenore.col. 3.de tempori.ordinat. eandem Abba. ſententiam veriorem eſſe cenſet Alfonſus à Caſtro l.br.2. de poteſt. legis pœna.capit.vlti.verſicu. tertia principalis cõcluſio. qui dum egregiè quæſtionem iſtam explicat, tandem probare conatur, nullã in hac ſpecie contrahi irregularitatẽ: quaſi iura pontificia ſtatuentia irregularitatis pœnam homicidis , minimè eos homicidas complectantur, qui omnino ſunt occulti , & quorum homicidium probari non poteſt aliter quàm per eorum cõfeſsionem: quo fit,vt iuxta eius rationes neceſſaria non ſit in hoc caſu diſpenſatio epiſcopi.adducit ad hoc tex.in cap. ex tenore.de temp.ordinat.cui cenſet non obeſſe text.in capitu.vltim. eodem titu.& in capitu.inquiſitionis.in princi.de accuſat.quippe qui loquantur in eo caſu, quo crimina omnino occulta non ſunt : ſed poſſunt in iudicio ſaltem paucis teſtibus probari.

Nos verò arbitramur, poſſe humana pontificia conſtitutione induci irregularitatem in pœnam criminis exterioris, etiam occultiſsimi, quod nullis probari teſtibus valeat. nec video in hoc quicquam vrgere grauiter,vt cõtrariũ defendi poſsit. hãc opinionẽ multis probarẽ, niſi & eã alioq iã nõ ſemel in his,quę hactenus ſcripſim⁹ doctiſsimorũ virorũ authoritate cõmunitã tradidiſſẽ.

Deinde illud mihi cõſtitutiſsimũ eſt,ius pontificium irregularem cõſtituere,& efficere homicidam exteriorẽ , etiam ſi is occultiſsimus ſit, adeò quidẽ,vt nullis teſtibus homicidiũ exteri⁹ probari queat. hoc enĩ ipſe deduco ex omnibus iuris canonici locis,quibus hæc fuit ſtatuta irregularitas:etenim propter homicidi diſactũ inducta fuit abſque diſtinctione,an is occult⁹,vel public⁹ ſit.

Hoc ipſum euidentius fit, ſi conſideremus,eſſe quædã crimina grauia quidem, & ideo digna depoſitiõe ab ordinis miniſterio : eaq; perpetua:quæ tamen ſiue occulta,ſiue publica ſint, non efficiunt eorum authorem irregularẽ:nempe, adulterium,falſi crimen,ſimonia in beneficio acquirendo commiſſa , periurium:vt notatur in capit. tuæ. de pœnis.capitu.at ſi clerici. §. vltimo.

de iudic. in his equidem criminibus est intelligendus text. elegans in dict.cap.ex tenore. quo decisum est, non esse quenquam prohibendum à ministerio suscepti sacri ordinis, nec ad alios promotione: si crimen occultum sit, id est nondum in iudicium deductũ per probationẽ, nec notoriũ, aut publicũ alioq. quasi Romanus Pontifex responderit, non esse puniendũ quẽ ob delictũ occultũ in his, quæ pertinẽt ad sacros ordines, ea pœna, qua punirẽtur, si id crimen notoriũ, aut probatũ in iudicio foret. idẽ cõstat in ca. de his. in. 1. 50. dist. & probatur in regula expressim tradita in ca. vlti. de tẽpori. ordinat. quas responsiones, & iuris Põtificij decisiões ipse procedere cẽseo, etiã si hæc crimina nõ essent omnino occulta, sed possent duobus testib⁹, aut tribus probari: modò notoria non sint, nec in iudicio probata: sicuti satis in specie probat tex. in dict. capi. vltimo. Alia verò crimina sunt, quę ipso iure impediunt ordinis suscepti exequutionem, & ad maiores, promotionẽ: vt homicidium, simonia in ordine commissa: & his similia. in his profectò criminibus, & si ea omnino sint occulta, nec posint testib⁹ probari, irregularitas adhuc iure pontificio contrahitur. hoc constat ex his, quæ prima huius operis parte de sodomiæ crimine diximus: & deinde in dict. capi. vlti. de tempor. ordinat. vbi apparet, homicidium post peractam pœnitentiam adhuc impedire suscepti ordinis ministerium, & ad maiores promotionẽ, etiam si nec notorium sit, nec in iudicio probatum: sub hoc autem homicidio & illud continetur, quod est omnino occultum, modò exterius sit, igitur & hoc impedit sacri ordinis ministeriũ, & promotionẽ ad eũdem. eadẽ opinio cõstat in. c. nisi cum pridẽ. §. personæ. de renuntiat. quo in loco gloss. verb. latet. & Anto. à Butrio hoc ipsum planè adnotarũt, & post alios Gõsalus à Villadiego de irregularitate. capit. dixi etiã. & ca. dixi vlterius. Henric. in ca. vlt. de tẽp. ordinat. sentiũt oẽs in. c. inquisitionis. de accusat. Nec refert posse. delictum probari, vel non, modò ad actũ exteriorẽ suaptè natura probabilẽ processum sit: vt lege humana, & põtificia is actus cõprehẽdatur: tametsi referat quando q̃ an sit occultus, vel notorius quo ad plures iuris effectus: præter hæc mihi sat erit, quòd ex homicidio exteriori cõtrahatur iure canonico irregularitas. qui autẽ dixerit hæc iura humana nõ esse intelligenda de homicidio omnino occulto per accidẽs, id necesse quidẽ erit, vt probet.

Ex quibus ipse colligo ex authoritate adhuc Panormitan. Angeli, & sequaciũ, ex homicidio vtcunq; occulto contrahi irregularitatẽ, ab episcopo tñ delebilem. etenim ipse Panor. in hac specie contractã esse irregularitatẽ fatetur: licèt ea sit ab episcopo delebilis per eius occultã dispẽsationẽ: quod Angelus & alij ita intellexerunt. tametsi Sylvest. verb. homicidiũ. 3. q. 8. opinatur, hanc irregularitatẽ & in hoc casu non posse tolli per episcopi dispẽsationẽ. Sed & Synodus Tridentina sess. 4. sub Iulio Tertio, can. 7. statuit, homicidam volũtarium, non esse promouendum ad sacros ordines, nec ad beneficia, etiam si homicidium nõ fuerit in iudicio probatum, nec alia ratione publicum, sed occultũ. Videtur enim tollere sacrosancta Synodus dispensationẽ episcopis. quãuis & ille canon fortassis intelligendus sit in homicidijs, quæ licèt sunt occulta, possunt tamẽ probari, nec sunt oĩno occulta. ipse etenim omnino occulta hac in quæstione appello facilioris intellect⁹ gratia, quę nullis testibus probari possunt, nec aliter, quàm per confessionem ipsorum delinquentiũ tametsi exteriori opere contigerint. Eadem tamẽ Tridentina Synodus Sess. 24. capi. 6. expressim episcopis interdicit dispensationem circa irregularitates ex homicidio voluntario, etiam occulto prouenientes.

Hinc illud mihi dubiũ est, quod idẽ vir doctissimus Alfonsus à Castro ĩ. d. c. vlt. 3. cõcl. vers. ex hac. opinat assẽuerans, filiũ presbyteri ex cõiugata ita occultè genitũ, vt nõ possit aliũde probari, quã per parentũ assertionẽ, posse sine dispẽsatiõe promoueri, & bñficiũ curã animarum habens recipere. Contrarium siquidem tenent Anto. in capi. 1. de filijs presbyter. & Gonsalus à Villadiego in tract. de irreg. c. dixi vlterius, quòd illegitimi. Atq; ideo super hac decisione cogitandum amplius esse censeo.

Solet tñ Romanus Pontifex qñq; dispẽsare cũ voluntario homicida, etiã publico quo ad altaris ministeriũ: hoc demũ addito, quòd intra trienniũ minimè altari ministret: & deinde extra locum: in quo homicidiũ perpetrauit. sic sanè referunt, & testãtur Lud. Gomec. in. d. tract. expectatiuarũ. nu. 88. & Ioã. Staphilæ. in. d. folio. 193. qui etiam scripsere, cõsueuisse Summũ pontificẽ absoluere clericum à reatu homicidij, ac omnis labis, & infamiæ macula eius occasione contracta, vt in pristinos honores restituatur, poterit q̃ hic homicida obtinere ex vi huius absolutionis beneficium simplex, si id sibi conferatur: capit. 2. de cleric. pugnant. in duello: non tamen hinc licebit, nisi aliud in absolutione fuerit expressum etiam in obtentis ordinibus altari ministrare: quod ipse Ioan. Staphilæ. adnotauit.

Dispensat verò solus papa cũ homicida casuali, vt in sacris ministret, vel ad sacros ordines promouea-tur. Panor. in capi. continebatur. de homici. idẽ & Docto. maximè Maria. Socinus num. 95. in capitu. ad audientiam. eodem titulo. regia. l. 51. titulo sexto. partit. 1. licet tamen episcopo dispensare cum quocũq; homicida, vt in minoribus ordinibus iam susceptis posit ministrare: quẽ admodum ex capi. ad audientiam.

& cap.

& ca.cõtinebatur.de homici. & ca. 2.de cleri.pugnãt.in duello. notant in.d.c.2.Hosti.Io.Andr.Innoc. Cardin.& Anania.quorum opinio magis cõis est:tametsi quo ad homicidium voluntarium nullibi probetur:& ita eam in homicidio casuali tantùm admittunt Abb.in. d. ca. 2.Soci.nu.95.& Felin.col.vlti. & ibi quoq; Anania in.d.ca.ad audientiã.

Cæterùm hæc intelligenda sunt quo ad ministerium ordinis. Nam quo ad beneficiũ simplex obtinen
6 dum põt cum homicida, etiã volũtario episcopus dispẽsare:tex.in dic. ca.2.de cleri.pugnant.in duello.vbi frequentissimè eius interpretes hoc adnotarunt,Soci.item & Feli. in.d. cap.ad audientiã.Ioã.Staphi. de literis grat.& iust.Fol.78.qui secùs esse censent quo ad beneficium curam animarũ habẽs.arg.tex.in capit.1.de filijs presbyte. in.6. tametsi Anania in dict.capit.2. etiam quo ad hoc teneat posse episcopum dispensare.

Quòd si quis beneficium simplex habens,homicidium cõmiserit,possetq; ex dispẽsatione episcopi illud retinere:tamẽ si,etiã nondũ mota lite, nec accusatione instituta, alter hoc beneficium impetraret in euentum priuationis,non posset episcopus dispensare, vt homicida illud beneficium retineret: quia ex præmissa impetratione eius quoddã alteri iã sit quæsitũ:nec ipse papa absque huius iuris derogatione visus foret alteri præiudiciũ facere: quod Domi.voluit in consi.105.columna vlt.vbi hoc aliquot rationibus probat:& sequitur Ioan.Staphi. de literis gratiæ &iusti.folio.78.col.2.

Verũ ad huius cõclusionis intellectum præmittendũ est, homicidã, etiam voluntariũ, nõ esse ipso iure priuatũ beneficio ecclesiastico, sed priuandũ per sentẽtiã.tex.in.c. clericis.nè Cleri.vel mona. notat Innocõmuniter receptus in capit. eũ nostris.de concess.præb. nam & eius opinionẽ cõmunẽ esse asserũt Anania &Felin.in capitu.inquisitionis. colũ.1.de accusat.Antoni.Corset.in singul.verb.sentẽtia.notant Capella Tholosana.207.Felin.in cap.2.col. 3.de rescript.& in ca.scisciatus. col. 1.eo.tit.Præposi.in.c.studeat.50. dist. Io.Bernardus in pract.capi.88.

Item est ad hoc ipsum adnotandum,eundem voluntarium homicidam,quiq; per sentẽtiam priuandus est beneficio, posse interim ad huc pendente accusatione eidem
7 beneficio renuntiare priusquã condemnetur.glos.elegans in capit. secundo.vt lite penden.verbo, finita. libr.sexto.quam Doctor. inibi sensim probant.& Ferrari. cautela. 44. gloss.in regul.Cancel. 27. Rebuffus in tract.de pacificis poss.nume. 261. Felin.in dic.cap.inquisitionis.colũ. tertia.Rota in antiquioribus, quintã.de re iudic. Ludouic.Gomeci.in regul. de Annali possessore. quæst. 42.numer. 3.Chassanæ.in consil.44. nume.22.Philippus Probus in additionibus ad Monachum,in cap. Alma mater.de sent.excom.nu.6.

Qui-



Quidam tamen existimant, hanc renuntiationem impediri, si quis priùs impetrauerit à summo pontifice beneficiũ homicidæ in euentũ priuationis.quod Domi.in.d. cõsi. 105.tenet in hac specie,opinatus, renũtiationẽ istã nullã esse in hũc sensum,vt possit postea lis tractari. & lata priuationis snia renũtiatio fiat inutilis.Cõtrariũ tã in hoc ex dict. gl.probare conati sunt gl.in.d.reg. cãcella.27.col.4.Chassanæ.in.d.cõsi. 44.nu.22.Io.Staphilæ. de literis gratiæ,& iustit.fol.64.Probus in.d.nu. 6.Rota præcitata.5.in antiquioribus. titul.de re iudi.Ant.Butrius in cõs. 43.Aufreri.in additiõibus ad Capel. Tolosanã decis.436.Ludo. Gomeci. in reg.de Annali.q.42.nu.4.quibus multùm accedit decisio Aegidij à Bellamera decisio.739. Horũ opinio magis recepta est, sicuti ex prædictis autoribus apparet.Nec iure admittendũ est quod ipse Dñicus probare vult:nẽpe, post hãc renũtiationem,aut aliã vacationẽ beneficij aliter quã per priuationẽ cõtingẽtem posse iudicẽ procedere ad priuationẽ. etenim hic processus iã inutilis erit:cũ ipse, aduersus quẽ priuationis snia ferẽda est,non obtineat,nec possideat bñficiũ:atq; ita visum est Rotæ in nouis.491.& Lud.Gomeci. i.d.reg.de Annali.q.42.nu.5. sic nec ipsius Dñici altera rõ vrget, scilicet quòd nõ possit fieri renũtiatio, nec dispẽsatio in præiudiciũ eius,cui ius quęsitum est.Nam illud est verum vbi agitur de præiudicio iuris purè quæsiti:non autẽ vbi ius quæsitum est conditionale,& incertum: secundum Roma.consil.256.Ludoui.Gomeci.in.d.q.42.& in reg.de non tollendo iure quæsito.q.3. quo in loco multa ad hoc allegat.

Cæterùm quòd Ant.à Butrio in dict.consil.43.addit,hanc renuntiationem esse nullam quoties ea facta fuerit post scientiam prioris impetratiõis:quasi ea in fraudẽ fiat. capitul.2.de renuntiatione. in.6. mihi dubium est,imò falsum videtur.licèt Aufrerius in dict.decis.436.& Felin.in capi. in nostra.nume.38.de rescript.idem scripserint Antonium sequuti.Nam qui renũtiat, iure suo vtitur,& ideo nullã fraudẽ cõmittit:quippe qui sibiipsi consulturus, vel amico,vel cõsanguineo, eidem beneficio renuntiet, non vt noceat impetranti.etenim in.d.c.2. manifestè colligitur fraus renũtiantis, qui nõ,vt sibi cõsuleret,sed vt impetranti noceret maximis cõiecturis ad id existentibus,renuntiat bñficio.atq; ideo in ea specie fraus excluditur: habetq; rationẽ aliquã illa decisio à l.Filiæ meæ.vbi Bald.ff.solu.matri. notat Boerius in tractat. de legato. fol.paruo.26. quibus addendus est Barb.in cõsil.60.lib.4.col.1.&.2.Potissimè hæc Butrij opinio nõ sibi satis cõstat:siquidẽ ipsemet opinatur, renuntiationẽ istã factã ab ignorante validam esse,etiam si prior impetratio haberet decretum irritans:& tamen hoc decretum adhuc ignorantes afficit.cap.dudum. de præb. in.6.

in.6.cap.1.§.adiſciebatur.de conceſſ. præb.eod.lib.vbi hoc communi omnium conſenſu receptum eſt: & traditur in capi. ſi eo tempore.de electio.in.6.in gloſ.ignoranter.& in cap.ſi poſtquam.de præb. eod.libr. per Cardin.in Clemen.1.q.18.de electione. & alios in pleriſque locis.

Igitur Dominici reſponſum nõ eſt ita ſimpliciter admittẽdum: ſed tunc demum,quãdo in prioris impetrationis literis expreſsim ſit appoſitum, quòd renũtiatio lite pendente facta ab ipſo priuando cedat in vtilitatem impetrãtis:cuius clauſulæ meminere Ioan.Staphilæ.in dicto folio.64.& Probus in dicto ca. Alma mater. Soletq; concedi, at literis clauſula iſta adſcribi poſt primam priuationis ſententiam, non antea:vt ipſe Staphilæus teſtatur,& niſi fallor, ex hoc minimè tollitur epiſcopo diſpenſandi poteſtas: ipſi que diſpenſatio impediet priuationis ſententiam:quicquid contrariũ ſenſerint Domi.& Ioan, Staphilæ. in dict.folio.78. Nuper tamẽ Carolus Moli.in reg.cancella.18.nume.55. communem opinionẽ improbat, vbi ea renunciatio fit in fauorẽ certæ perſonæ: cuius ſententia fortaſſis iure, & æquitate præualet ob fraudẽ,quæ in hac ſpecie manifeſta vr.idcirco lector optime cogitabis.

His verò,quæ de diſpenſatione ſuper hac irregularitate diximus,illud libenter adiecerim, quod in praxi maximam confert vtilitatem:nempe poſſe diſpenſare in hac irregularitate cõtracta ex homicidio, quod per iudicẽ,aut iuſtitiæ miniſtros fuerit commiſſum,eum qui poteſtatẽ habuerit diſpenſandi ſuper irregularitate contracta ex homicidio caſuali. Nam quo ad hoc, homicidiũ iſtud caſuale cenſetur. quippe nullam culpam,imò meritum habeat. quod Caieta. adnotauit in ſumma, verbo,irregularitas.in fine. tametſi hoc homicidium voluntarium verè ſit,licitum tamen, vt ſatis cõſtat. Atque hæc dicta ſint de homicidio voluntario: de irregularitate ex eo contracta: & de diſpenſatione ſuper hoc impedimẽto impetranda, à quo ſcilicet petenda ſit. Reliquũ erit de homicidio caſuali tantiſper agere,ad pleniorem huius tractatus examinationem.

## Ex.§.Sequenti.

1 *Homicidium caſuale, quid ſit?*
2 *Irregularitas oritur ex homicidio caſuali cum diſtinctiõe operis illiciti, & liciti: quæ in hoc.§.latius explicatur,quàm fuerit à doctoribus tradita.*
3 *Chirurgus, an irregularis ſit? & de medicis,chirurgiſque clericis: & an medicus imperitus puniatur de morte ægroti?*
4 *Intellectus capitul. ſicut. de homicidio. & nume.decimo.*
5 *Intellectus capit.dilectus. de homicidio. & numer.decimo.*
6 *Intellectus capitul. exhibita. de homicidio. & ibi de iactu diſcopperpẽſus Homeri locus.*
7 *Sphæræ ludus apud Homerum exponitur ad Iulij Pollucis interpretationem, aduerſus Eraſmum.*
8 *Intellectus cap.continebatur.de homicidio.*
9 *Latiſſima culpa, an efficiat quẽ irregulare?*
10 *Multa aduerſus communem Canoniſtarũ diſtinctionem de opera licita, & illicita ad caſuale homicidium traduntur: & inibi vera reſolutio.*
11 *Habens in domo leonem, aliàmue feram, an ſit irregularis, ſi ea hominem occiderit.*



## §.Quartus.

Homicidium aũt caſuale illud dicitur, quod caſu præter intentionem committentis, vel cauſam dantis contigerit. Nam ſecundum Ariſt.2.Phy. caſus eſt cauſa agens præter intentionem, cuius rei gratia ſubiſciã hoc in loco.S. Tho. diſt.2.2.q. 64. artic.8. ea inquit, quæ
1 caſualia ſunt,ſimpliciter loquendo non ſunt intenta,nec voluntaria.Et quia omne peccatum eſt voluntarium ſecũdum Auguſtinum, conſequens eſt, quòd caſualia inquantum huiuſmodi non ſunt peccata: contingit tamen id quod non eſt actu,& per ſe volitũ,vel intentum, ſecundum quod cauſa per accidẽs dicitur remouens prohibens.Vnde ille,qui non remouet ea, ex quibus ſequitur homicidium ſi debeat remouere,erit quodammodo homicidium voluntarium. Hæc Thom. qui ſtatim ſequitur,& probat communem Canoniſtarum diſtinctionem,quæ ſolet in homicidio caſuali adhiberi in hunc ſanè modum,vt qui dederit operam rei illicitæ, ſi caſuale homicidium ſequatur,irregularis ſit:ſiue adhibuerit diligentiam, quam potuit,nè ſequeretur: ſiue negligens fuerit. Is verò qui dederit operam rei licitæ,tunc deniq; ſit irregularis, cũ non adhibuit eam diligentiam,quam potuit, & debuit adhibere, nè homicidiũ caſuale ſequeretur.Hanc opinionem ex pluribus iuris Pontificij deciſionibus exponit gloſ.in ca.ſicut dignum.§. vlt.verb.conſilium.& in cap.continebatur.de homicidio. & vbique Doct.communiter.Caieta.poſt S. Tho.in dict.art.8.vbi eleganter ſcribit,hanc diſtinctionem quo ad irregularitatem eſſe admittẽdam: non tamen quo ad peccatum:ſiquidem ille,qui dat operam rei illicitæ,ſi adhibuit diligẽtiam,quam debuit, & potuit, nè homicidium caſuale ſequeretur: & nihilominus caſu id contigerit,erit reus illius actus illiciti,cui dabat operam:non tamen homicidij:ſicut nec quo ad peccatum erit homicidij reus, qui dedit operam rei licitæ,& aliquam abſq; dolo culpã habuit:tenetur tamen pœnitere.glo.Abb.Ana.& Feli.in cap. presbyterum:de homicid.tex. optimus in cap.vltim.15.q.1.Alfon.à Caſtro lib.2.de poteſtat.legis pœnalis, cap.14.verſi.ſecunda propoſitio. Et Domi.Soto lib.5.de Iuſt.& iur.qõ. 1.articu.9.Eãdem Canoniſtarum diſtinctionem ſequũtur Albert.Trotius de vero & perfect.cleri. lib.2.c. 27.Gonſalus à Villadiego de irregularit.cap.de percuſſore.col.6.Socin. in cap.ad audientiam. de homicid. numero.48.& poſt alios Syluester.

verb.homicidium.2. col.1. cui equidem distinctioni ad eius probationem aptandi sunt aliquot iuris humani responsa.

Primùm ad prioris partis exemplum adduci solet text.in capi. tua nos.in princip.de homicid. etenim monachus, qui tumorem pietatis causa ferro aperuit, quia vulneratus mortem obiit, irregularis censetur: & tamen omnem diligentiam adhibuit, quam chirurgus peritissimus adhibere tenebatur. Etenim, vt medicus non teneatur de morte infirmi, aliquot sunt necessaria. Primum quod sit peritus in ea professione, & arte.l.illicitas.§.sicuti.ff.de offi. præsid. Secundum, quòd admoneat infirmum, vt precaueat ab his, quæ sibi sunt nocumento futura.text.in dict.cap.tua nos. Nec tamen tenetur semper, & continuò adesse ægroto secũdùm Hosti. Ancharra.& Doct.in dict.ca.tua nos. nisi ægrotus propter maximum ægritudinis periculum custodia indigeret: tunc equidem tenetur medicus vel præsens esse, vel admonere, vt diligenter custodiatur. Sic Hosti.censet in Sũma de ætat. & qualit.§.ordo.versi.ex post facto.quem refert, & sequitur Ripa in tracta.de peste, parte vlt.§.Medicorum.num. 48. quo in loco multa adducit de medicis imperitis an & hi teneantur, si infirmus ob eorum culpam moriatur: est enim text.in dict. ca. tua nos.qui probat, his mortem ægroti imputari. idem constat in.d. §.sicut.vbi Alberic. existimat, medicum imperitum, cuius causa ægrotus mortem obierit, pœna extraordinaria, non ordinaria puniendum fore.l.3.§.1.ff.de sicar. notat Ripa in dict.§.medicorum.Regia. l.6. titul.8.parti.7. vt hinc meritò Iouianus Pontanus dixerit in Charonte, Liberiùs medici viuunt, vt quibus permissum sit hominem impunè occidere. Medicos enim non modò lex absoluit ab homicidio, verùm mercedem quoque eis statuit. Hæc Pontanus. Igitur cùm in specie dict.capitul.tua nos. Monachus fœminam illam admonuerit, vt à vento caueret, & ipsa vento exponens seipsam mortem obierit, apparet, non alia ratione monachum illum censeri irregularẽ quàm quòd operam dederit rei illicitæ, non simpliciter, sed sibi: quia chirurgus esse non poterat. textus est in capitu. sententiam sanguinis. nè cleric. vel moha. Nullus, inquit, clericus ruptarijs, vel ballistarijs, aut huiusmodi viris sanguinum præponatur: nec vllam Chirurgiæ artem subdiaconus, diaconus, vel sacerdos exerceat, quæ adustionem vel incisionem inducit. Qua ratione Panorm. ibi col. penult. & finali: ac Paulus Parisius consilio nonagesimosexto. columna vltim. libr. quarto. tenent, clericum in minoribus constitutum beneficium ecclesiasticum habentem irregularẽ esse, si ex chirurgiæ officio, cui operam dat, aliquis mortem obierit absq; eius culpa. quippe qui artẽ sibi interdictã exerceat. Hic est ergo verus intellectus ad tex. in dict.cap.tua nos. sicut gloss. sub obscurè, & Docto. manifestè inibi tradiderunt. Quorum opinionem ipse censeo verã esse, quoties ægrotus moriatur ex causa alicuius adustionis, vel incisionis à chirurgo illata. Nam si chirurgus nullam adustionem, nec incisionem fecerit, & tamen ab alio vulneratus, aut alio qui ægrotus moriatur absq; culpa chirurgi, vel si à chirurgo adustus, aut incisus, non ex occasione incisionis, vel adustiõis, sed ex ipsa graui, ac lethali ægritudine mortẽ obierit, nulla contrahitur irregularitas: quod satis constat ex constitutionibus ad hanc rem paulò antè citatis. His omnibus illud libenter addidirim, quòd clericus in minoribus cõstitutus ordinibus chirurgiæ artem exercens, poterit coram sæculari iudice conueniri pro negligentijs, & culpis commissis in eius artis vsu. notat optimè Ioann. Gallus in quæstio.150.

Hinc infertur, quòd si laicus, aut clericus in minoribus chirurgus esset, & iuxta artis peritiam chirurgiæ operam daret, atq; ex aliqua incisione absq; eius culpa ægrotus periret: non esset irregularis censendus: notant Cardinal. in dict.capit.tua nos. & Mari.Soci.in cap.ad audientiam. de homicid.nu.31.

Sic & idem Cardin. in dict. capitulo, tua nos.1.colum.scribit, quòd si monachus, aut clericus exercet medici artem, & peritus esset, attamen absq; eius culpa casu, infirmi & ægroti moriantur, non esset is irregularis: quippe operam daret licitæ rei: & quæ non est ei indirecta: ca.ad aures.de ætat.& qualit. Nam ibi cõsulit Romanus põtifex, quòd hic ad ordines non promoueatur, si is conscientiam habet læsam alicuius culpæ: quasi liberè permissum iure sit ad ordines sacros promoueri, vbi medicam artem absq; culpæ suspicione exerceat.

Ex his etiam apparet, eum irregularem esse, qui infirmi, & ægroti curam habens, dederit ei aliquam potionem absq; medicorum mandato, aut contra eorum prohibitionẽ, si ægrotus ex hoc mortuus fuerit: notant Innocen. & Doct. in dic. cap. tua nos. & Mari. Soci. in dict. ca. ad audientiam. nume. 32.

Parisanè ratione qui ægrotum in mortis agone nimis anxiũ in aliud reuoluat latus, vt citiùs moriatur, & nè magis crucietur mortis tormentis, irregularis erit. quod Soci. in dict. num. 32. scribit. ac Panormit. in ca. sententiam sanguinis. nè cleri. vel mo. Gonsa. à Villadiego de irregul. c. de percussore. col. 5. post Specul. titulo. de dispensatione. §. iuxta. vers. quid si alius infirmum.

Hi verò authores, etiam irregularem esse opinãtur eum, qui à vulnerato sagittã extraxerit, si ex hoc ipse vulneratus moriatur. Quorũ sententiam ego admitterem, vbi in extrahẽdo sagittam, aliquã culpã habuerit,

rit,quia non seruauit modũ ab hu ius rei viris peritissimis præscriptũ, vel operã dederit rei sibi illicitæ, & interdictæ:alioqui non est omnino vera prædicta opinio.

Secũdò in eiusdem prioris partis probationẽ expẽditur tex.i.c. sicut. de homici. vbi illicitè ludẽs cũ fœmina prægnãte censetur irregularis si ex hoc lusu casu contigerit fœtus animati abortio:tametsi nullam culpam in eo ludo homicidio præstiterit:sic etenim communis omnium Doct. sensus illud respõsum interpretatur,ex eo,quod ludens cũ muliere prægnante cõmercium carnale cum ea haberet, aut habere consueuisset,quasi hæc irregularitas minimè contraheretur à fratre,vel consanguineo, qui cum fœmina prægnãte licitè eodẽ lusisset modo.Sed & hãc posteriorẽ sentẽtiam horum authorũ nõ aliter verã esse opinor, quàm si quis cũ muliere,etiã cõsanguinea,prægnãte tamen, cautè lusserit: alioqui irregularis erit propter culpã in ipso ludendi modo commissam:quòd boni viri arbitrio necessariò est committendum.

Tertiò ad idẽ cõducit tex.in.ca.dilect⁹.de homi.quo decisum est, nõ esse clericũ irregularẽ,qui cũ equitaret,absq; eius culpa puerum equi impulsu occiderit: quia operam dabat rei licitæ: igitur si operã illicitæ rei dedisset,& is casus cõtigisset, foret irregularis.eadẽ ferè respõsio traditur in.c.significasti.in.1.eod.tit.vnde si quis contra prohibitionẽ equitaret,ac deniq; operã daret rei illicitæ, & accideret quod in præcitatis respõsis cõtinetur,foret planè irregularis.quod Caieta.scribit in.d.q. 64.arti.8.versic.vnde si religioso. de quo paulò pòst disputabitur. Obiter tamen est adnotãdum,hanc opinionem Caietani deduci ex mente omnium Canonistarum in.d. capi. dilectus.& in.d.c. significasti.

¶Posterior autẽ distinctionis pars constat ex eodem capi.dilectus.& ca.significasti.quibus apparet,dantem operam rei licitæ non esse irregularem,si absque eius culpa hominis mors casu sequatur. Hinc sanè fit, vt casus contingens ex feritate equi non imputetur sessori,qui nullam culpam habuit.idem probatur ex.l.1.in princ. ff. si quadrup. paup. fecisse.dicatur.notat Bald.text.in dicto capi.dilectus. ad hoc in consil. 443.libro. 4.l. idem iuris. §.1. ff. ad.l. Aqui.§.impetu quoq;.Inst. de lege Aqui.regia.l.4.&.5.titu.8.part. 7.l.7. tit.17.lib.4.fori.l.15.titul.13. libro.8.ordina.&.l.6.tit.15.part.7.

Ad eandem partẽ pertinet text. in ca.presbyterum. de homi. vbi magister operã rei licitæ præstãs,& exhibẽs,si discipulum percusserit culpam habẽs in excessu correctionis, est irregularis morte inde sequuta: propter culpã enim tenetur,quia excessit in correctione.l.præceptoris. ff.ad.l.Aquil.l.sed etsi.§.vlti.ff.cod. titu.l. item quæritur.§.idẽ Iulianus. ff.locati.l.9.titul.8. parti.8. tenebitur enim iuxta modum culpæ,vt in dictis legibus probatur.at si nullam habuerit in excessu culpam, nequaquam tenebitur de homicidio casuali inde sequuto:quod doct.oẽs videntur in dict.ca. presbyterum. adnotare,etiam quo ad irregularitatem:quidquid Feli.ibi contrarium probare conetur,num.3.



Tertiò eadem posterior pars probatur in cap.ex literis.in.2.& capit. Ioãnes.de homicidio.quibus in locis non est irregularis qui dum pulsaret campanas,aut eas tolleret, casu quondam absque eius culpa homicidio causam dederit.etenim nõ est irregularis: quippe qui operam daret rei licitæ.quòd si pulsatio cãpanarum esset aliqua ex causa illicita, profectò fatentur omnes vtrobique irregularitatem contrahi,si absque culpa pulsantis vel campana, vel tintinnabulum ceciderit, & aliquem ad mortem læserit. Id verò mihi satis dubium est,sicuti statim tradetur.constat tamẽ,irregularem esse,qui ad seditionem & arma pulsauerit campanam, & inde fuerit ex prælio inito,aut pugna sequuta mors: cùm maximam huic morti causam dederit.

Nec tamen admiserim, eum irregularem esse,qui cãpanam pulsauerit in signum quòd aliquis est furca suspendendus,aut à ministris iustitiæ iugulandus: tametsi contrarium notauerunt Doct.in dict. ca. Ioannes.& Soci. in cap. ad audientiam.de homic.nu.58.falsum enim id est:cùm hic nec causam propinquam,nec remotam dederit morti, aut homicidio.sic nec ille erit irregularis,qui ligna,aut stramenta dederit ad comburẽdum hæreticum iam mortuum:quòd si viuus foret comburendus hæreticus, esset irregularis qui ligna ad cõbustionem ministraret.Card.in hac Cle.ad fin. idem & Feli.in cap.sicut dignũ.de homi.§.si quoq;.Soci.in.d.c. ad audientiam.de homi.nu.62. Palud. in 4.senten.dist.25. q.4. Specula.tit. de dispensat.§.iuxta.nu.44.

Quartò hinc deducitur intellect⁹ ad text.in ca.exhibita.de homi. vbi non censetur irregularis ille,qui misit ludendo lapidem in alium:& is à lapide fugiens,ac demum procidens in alterum lapidem caput offendẽs,culpa medici mortẽ obierit. Nam qui misit lapidem,operã dabat rei licitæ, nec aliquam culpam habuit, quã ipse præuidere potuisset:idcirco homicidium casu cõtingens ei minimè imputatur.quòd si culpã habuisset:quia lapidẽ ita grauẽ misit,vt nõ fugienti vulnus posset inferri periculosum, tũc irregularis esset qui lapidẽ misit:sicuti notãt Innocẽt.Abb.Anania,& Doct. ibi.quibus suffragatur in simili decisio Barto.in.l.si gemina.ff.arbor. furtim cæsa. de quo tantisper egimus in hac parte.§.2.nu.9. quidam tamen, præsertim Abb. & Anania in.d.c.exhibita.censent, ludum illũ proijciendi lapides esse licitum inter pueros,licèt inter maiores esset reprobus, quia noxius. l. nam lu-

dus.ff.ad.l.Aquil.ego verò quoties agitur de ludo proiſciendi lapides ad offenſionẽ,opinor,nec inter pueros, nec inter maiores licitum eſſe: quia noxius eſt,tametſi qui eo in ludo alterũ occiderit,aut percuſſerit, non ſit puniendus pœna ordinaria, ſi cõſuetudine is ludẽdi modus,eaue pugna fuerit inducta:quod notant Anchar.in.c.cũ venerabilis. de cõſuet. idem in conſi.283.Cremenſ. in ſingul.149.Cœpola in conſ.30. facit ad id glo.in.d.c. cũ venerabilis. & in cap.denique. 4. diſt.vbi Præpo. glo.in.c.ſanè.de tempo.ordinat. & quæ latè tradit Rochus Curtius in capit.vlt.de conſuet.folio paruo.14. Hippo. in.l. 1. limit.19.ff. de ſicariis. Iaſon & Purpurat . nume. 113. poſt Bart.in.l.ſingularia. ff.ſi cert.pet.ex quibus ipſe colligo,cõſuetudinem paruam non excuſare , etiam in foro iudiciali à tota pœna : ſed bene ab aliqua parte pœnæ:nẽpè à pœna ordinaria:notat & Marti. Azpilcueta in ca.cõſideret.§.tanto.de pœnit. diſt.5.licèt prædictæ gloſſæ voluerint,ſimpliciter cõſuetudinem iniquã excuſare à pœna, nõ à peccato.

Potuit ſanè ludus proiſciendi lapides licere,ſi is contigerit ad vires corporis, & induſtriam experiundas:non quidem ad nocendum, ſicuti de iactu diſci ſolet adnotari:cuius Homerus meminit Odiſſeæ θ & ſic libro.8.

Τὸν ῥα ποθιστρέψας ἧκε στιβαρὴν ἀπὸ χειρός.

βόμβησεν δὲ λίθος κατὰ δ' ἔπληξαν ποσὶ γαίης
φαίηκες δολιχήρεες μοι ναυσικλυτοὶ ἄνδρες
λαὸς ὑπαὶ ῥιπῆς. ὁ δ' ἀπὸ σήματα πάντων.

Quem locum ita latinè tradidit Eraſmus Chiliade.3.centuria.5. prouerbio.41.Rex aut aſinus.

*Verſatũ hũc valida ſubmiſit in aëra dextra.*
*Intonuit lapis,aſt in humũ formidine ſidunt*
*Phæaces gẽs gnara maris,ratibuſq; ſuperbæ*
*Ob ſaxi iactũ, verùm id procul omnia ſigna*
*Tranſuolat.*

Erat autem diſcus lapis orbicularis, quem exercitiſ gratia iactare ſolebãt plerumq;.ſcribitq; Didymus in commentariſs ad Homerum,diſcum habuiſſe in medio funẽ,quo contorquebatur:vt maiori impetu emitteretur.huius ludi meminit & Martialis lib.14.

*Splẽdida cũ volitent ſparthani põdera diſci,*
*Eſte procul pueri:ſit ſemel ille nocens.*

Item & Plautus in Bacchidibus:

*Ibi curſu,luctãdo,haſta,diſco,pugillatu,pila,*

Hoc autem in loco libenter lectorem admoneo,Eraſmum virũ alioqui Græcæ,& latinæ linguę peritiſſimũ,in dicto prouerbio non ſatis diligenter Homeri locum expendiſſe.Etenim cùm Iuliſ Pollucis ludũ de pilæ iactu explicaret:qui libr.9. ita inquit:Vrania verò ſic habet:aliquis reſupinans ſeſe ſphæram in cœlum mittit,reliquis autem certamẽ erat, vt eam, priuſquam in terra recideret,raperent:id quod in Phæacibus



bus ſignificare videtur Homerus. hęc Pollux.Eraſmus exiſtimat,Pollucem Homeri locum citare,quem modò de iactu diſci nos tradidimus : cũ ſatis differat à diſci iactu, ludus ſphæræ, cuius Pollux meminerit.eſt igitur locus,quem Pollux indicat,apud Homerum in eodem libro octauo Odyſſeæ:

οἶδ' ἔτι οὖν σφαῖραν καλὴν μετὰ χερσὶν ἔλοντο.
γοῤῥυρέην, τὴν σφῶιν πόλυβος ποίησε δαίφρων
τὴν ἕτερος ῥίπτασκεν πρὸς νέφεα σκιόεντα
ἱδρωθεὶς ὀπίσω. ὁ δ' ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀερθεὶς
ῥηϊδίως μεθέλεσκε πάρος ποσὶν οὖδας ἱκέσθαι.

Hæc latinè ad verbum:

*Hi igitur poſtquam pilam pulchram in manibus acceperunt.*
*Purpuream,quam ipſis Polybus fecerat prudens:*
*Hanc alter iacebat ad nebulas vmbroſas*
*Flexus retrò. alter autem à terra in altum eleuatus,*
*Facilè accipiebat,ante aquam pedes ad pauimentum venirent.*

Vtebantur autem & veteres diſco ad hoc exercitium ferreo,iſq; appellabatur, authore Euſtathio , ſolos. idem commemorat Ludoui. Cœlius li.lec.antiq.13.cap.12. Hiſpani dicimus Herrõ. Tametſi innominatus Homeri interpres Ilia.lib.23. has duas dictiones ita diſtinxerit,vt Diſcus planus ſit, ac latus : ſolos verò rotundus,& orbiculatus.

Quintò ex eadem cõcluſione deducitur vera interpretatio ad tex.in ca.continebatur.& in cap.lator. de homici.etenim in priori caſu homicidium caſu cõtingens,irregularitatem induxit: in poſteriori verò minimè,& tamẽ vtrobiq; dabat quis operam rei licitæ.eſt igitur diſcrimi 8
nis ratio ex culpa conſtituenda : ſiquidem eo caſu , quo irregularitas inducta eſt,qui dabat operam rei licitæ culpam habuit: quia non adhibuit diligentiam , quam debuit in præcauendo homicidij caſum:at in altera ſpecie eam diligentiam adhibuit:atq; ideo non efficitur irregularis, ſecundum cõmunem omniũ ſententiam , poſt glo. ibidem. quo fit,vt ex dict.cap. lator. ſatis probetur,paleſtrę ludũ licitum eſſe,etiam clericis.Conſtat ſanè hunc ludum, & ei ſimiles exercẽdę virtutis cauſa licitos eſſe.l.ſolẽt.ff.de aleæ luſu, & aleat.imò ſi quis hoc in ludo vſus defenſione,et natura ludi,nè victus euadat,alterum occiderit, non tenebitur de homicidio. l. qua actione. §.ſi quis.l.ſi ex plagis.§. cum pila. ff. ad.l.Aquili.gloſ. Alberic. & Iaſon in.l.in exequutione.§.vlt.ff. de verbo.obligat.Deti. conſilio.9. Socin. conſi.16.libr.1. Hippo.in pract.§.vlterius.nu.9. qui ad hanc rem multa tradidere.

Ipſe quidem opinor,ludos cauſa exercendarum virium tunc clericis ſaltem cõſtitutis in ſacris licere,quoties hi ludi non ſunt communi hominũ iudicio periculoſi ad vulnera,vel mortem.quod ex multis probatur,quæ notari ſolent in cap.1.& capi.ſententiam ſanguinis. nè cleri.

vel mona.& in cap.1.de torneamẽt Atq; hæc dicta sint de his, qui operam dederunt rei licitæ: & tamen censentur irregulares propter culpam commissam in nõ præcauendo ea, quæ poterant homicidio causam dare. Nec tamen culpa leuissima in hoc casu est sufficiens ad irregularitatem: sicuti probat tex.in ca. quæsitum.de pœnit. & remiss. vbi Panor.hoc notat & Gõsalus à Villadiego de irregularit.ca.de percussore.col.7.Rauẽna in dict. ca. quæsitum.Angel.verb.irregularitas. §. 3. Sylues.verb.homicidium.2. colu.2. & in.§.23.& licèt glos.in ca. significasti.in primo, de homicid. teneat, culpam leuissimam eius, qui rei licitæ operam dabat, imputari ad irregularitatem: exẽpla tamen, quæ illi opinioni aptauerũt Hosti. & Ioã. Andr. potiùs pertinent ad culpam leuem, quàm ad leuissimã. atq; ita ipse opinor veriorem esse opinionem Abb.qui eã intelligit, vbi culpa leuissima contigerit in omittendo: nam si in cõmittendo contigisset, sufficeret ad irregularitatẽ.text. optimus ad hoc in ca. consuluisti. 2.q.5.& ibi glo. quibus accedit, q̃ leuissima culpa contingens in committendo, ad leuem culpam pertinet.glo.in.l.lege Cornelia.ff.ad Syllani.cuius nos meminimus in epitome ad quartũ Decret.2.part.ca.6 §.8.nu.13.posset etiam leuissima culpa sufficere ad irregularitatem, licèt ad omissionem pertineret, vbi quis mercede cõductus teneretur ad diligentiam exhibendam. quod probatur ex ratione text.in.l.qui mercedem.& ibi Bart.ff. locat.Barto. & & Paul.in.l.dolus.ff.eod.titulo.ex quibus constat, teneri eum de leuissima culpa, qui mercede cõductus, tenebatur ad diligentiam adhibendam: sic & in hac specie irregularitatis visum est Sylvest.in dic.verb. homicidium.2.§.15.secundùm quæ sunt intelligenda quæ tradita fuere ab Anania, in ca.dilectus.de homicid.col.vlt.& vers.considera.

Ex his ipse infero homicidiũ à persona priuata commissum, nusquam imputari ad irregularitatem, nisi habeat aliquam peccati malitiã, & culpam. Nam qui omnino excusatur à peccato homicidij priuati, etiam excusabitur à pœna irregularitatis prouenientis ex homicidio priuato. ca.ad audientiam.de homici. cui accedunt & omnia, quæ paulò antè explicuimus. notãt in specie illatio nem istam Paluda.in.4.sent. distin. 35.q.1.articu.4. & Alfonsus à Castro libr.2.de potest.leg.pœnal.c.14. versic.prima principalis cõclusio.& in versi.secunda propositio. & rursus col.vlt.qa irregularitas homicidij, licèt in persona publica cõstituatur sine peccato, cùm nihilo minùs sit voluntarium, in persona tamen priuata semper peccatum aut culpam aliquam exigit: siquidẽ alioqui esset omnino inuolũtarium homicidium, saltẽ casuale sine culpa: quod non inducit irregularitatem: vt constat ex toto titulo de homicidio.

Hinc



Hinc etiam cõstat, quòd licèt alio qui causa propinqua, non remota sit consideranda: glos. communiter recepta in cap. de cætero.de homicid.gloss.in.l. si mulier. ff. rer.amotar.& causa propinqua sit illa, quæ damnum dat, non accedente alia extrinseca causa. l. qui domum. ff. locati.notat Abb.in capi. discretionem.de eo, qui cogno. consang. vxor.suæ.quæ quidẽ causa dicitur aliter immediata: vt explicat Deti. in Authen.Præterea.C. vnde vir & vxor.colu.8.Bart. in.l.1.ff. de actioni. & obliga.Cagnolus in rubr. ff. siue in Procemio Pandectarum. colũ.1. omnium latissimè Andre. Tiraq. in libello de causa cessante.limitatione.20.Elegãter Cicero ex Medæa fabula lib.2.ad Herenniũ.nu. 68. & in lib.de fato.ex eadẽ fabula.Et his, quę in eius prologo Euripides Scribit, lõgiùs idẽ explicat Clemẽs Alexandrinus lib.8.Stromatũ. attamen ad culpã aliquã, saltẽ eã, quę sufficiat ad irregularitatẽ cõstituẽdam, non est semper necessaria causa immediata aut propinqua: imò sufficiet alia causa, modò sit nõ admodum, vel omnino remota, quòd bonus vir arbitrabitur.

Cæterùm de homicidio casuali contingẽti ex eo, q̃ quis dabat operã rei illicitæ illud est omnino communi omniũ sentẽtia definitum, vt irregularitatem inducat, etiã si id casu & præter volũtatem, ac intentionem acciderit, & adhibita fuerit diligẽtia, quæ ad id præcauẽdum adhiberi potuit, ac debuit. Cuius conclusionis veritatẽ libenter quadam argumentatione expẽdam. Etenim aut hæc irregularitas oritur ex illa culpa, quam quis habet in eo, q̃ operam dat rei illicitæ: aut ex illa, quæ contingit in negligentia nõ præcauendi quæ homicidio casuali poterant causam dare. nõ oritur ex posteriori, vt oẽs fatentur: quia itidẽ constituitur irregularitas, etiã si qui dabat operã rei illicitæ abhibuerit diligẽtiam, quam debuit præcauẽdo, quæ nocere potuissent, & quæ præcauere potuit, ac tenebatur. Igitur irregularitas oritur ex priori culpa. Quòd si ex priori culpa oritur, id mirum est: cùm ea culpa nullo pacto ad homicidiũ pertineat: sicuti dixim⁹ in principio huius paragraphi. etenim qui illicitè, & cõtra iuris prohibitionẽ equitaret, ac omnino adhibuerit diligẽtiã, quam debuit, ne equus alicui noceret in ipso incessu, & cursu: atq; nihilo minùs casu minimè præcogitato aliquẽ occiderit equus: erit hic reus illius cõtumacię, quam cõmisit: nõ tamen homicidij quo ad culpam. vnde fit, vt debeat hic liber censeri ab irregularitate prouenienti ex homicidio à persona priuata cõmisso. Quod paulò antè probauimus. Rursus si ex priori culpa hæc irregularitas datur, patet multis in casibus eam esse cõstituendã, de quib⁹ viri vtriusq; iuris peritissimi meritò dubitabũt, & plerique planè censebũt, non posse iure irregularitatem dari.

Primus

Primus in eo proponitur, qui ad uersus prohibitionẽ illicitè chartas ad ludẽdum cõficeret, ac demũ qui eisdẽ ludebat, alterũ orta cõtẽtione occiderit. Etenim qui chartas fecit lusorias operam dedit rei illicitæ, ex qua præter eius cognitionẽ mors cõtigerit, quam ipse nõ potuit præcauere maiori adhibita diligẽtia: & tamen in illa constituitur priori culpa: sed hũc non esse irregularẽ probat optimè Soci. in dict. capi. ad audientiam. de homici. nu. 49. igitur prior illa culpa simpliciter non est sufficiens ad irregularitatem.

Secũdò idem accidere põt in eo, qui cùm artifex esset ex ferro furto sublato ensem fecerit, & qui ab eo illũ emerit hominẽ occiderit. hic siquidẽ artifex non erit irregularis: vt notauit Alfonsus à Castro in. d. lib. 2. de potest. legis pœna. c. 14. ver. hic tamen admoneo. Quòd si prior illa culpa sufficiens foret ad irregularitatem, profectò hic esset censendus omnino irregularis, quod est omnino falsum.

Tertiò ad idem traditur exẽplum de eo, qui vxorẽ alicuius per adulteriũ polluerit, & ea ex causa maritus eam occiderit: nõ enim erit irregularis adulter. & sanè nõ esse hũc irregularẽ idem vir doctissimus Alfonsus à Castro censet in. d. versi. his tamen admoneo. quia homicidium hoc nõ sequitur per se, nec necessariò ex adulterio: sed solũ præter intentionem adulteri occasionaliter. Attamen si illa prior culpa ad irregularitatẽ sufficeret, dubio procul esset hic adulter irregularis.

Quartò ipse considero in specie. c dilectus. de homicid. & cap. significasti. eod. tit. quòd si quis esset à iudice, vel superiore domũ exire prohibitus, & is contẽpto hoc præcepto extra domum equitaret, atque absq; eius alia culpa equus calce aliquẽ occiderit: profectò hic nõ erit irregularis. quòd si illa prior culpa: scilicet opera illicita esset sufficiens ad irregularitatem, dicendum foret hunc irregularem esse: idq; Caieta. notauit, & asseuerat in. d. art. 8. cuius nos paulò antè meminimus: nec tamen eius opinionem probamus.

Quintò eadẽ est cõsideratio facienda ad tex. in ca. ex literis. in secundo. & ca. Ioannes. de homic. siquidem qui tẽpore interdicti ecclesiastici cãpanas pulsaret ad officij diuini signum, daret operam rei illicitæ: & tamen licèt contingeret casu tintinnabuli aliquẽ occidi absque culpa aliqua ipsius pulsantis cãpanas: ita quidem, vt nulla posset alia notari culpa, quàm quòd illicitè contra prohibitionẽ campanas pulsauerit ad rem diuinam: non esset meo iudicio censendus irregularis: tametsi contrariũ respõdendũ foret, si diceremus, priorẽ illã culpã sufficere ad irregularitatẽ. multa his simillima possent exponi, quæ cõmunẽ istam distinctionẽ quo ad eius posteriorẽ partem dubiã reddunt. idcirco nos conabimur in medium nostrã hac de re sententiam adducere, & eam lectoris



lectoris iudicio libenter cõmittere.

¶ Illud sanè constitutissimum sit, euentus ex aliquo sequutos opere, minimè quidem ab operante præcogitatos, sed præter eius intentionem contingentes, imputari operanti, si illi euentus per se, & necessariò sequuntur ex priori opere, aut saltẽ vt in pluribus ex illo eueniũt, & euenire solent. hoc deducitur ex S. Thoma. 1. 2. quæstione. 20. articu. 5. cuius nos mentionem fecimus in principio huius secundæ partis numero. 1.

Deinde illud est prænotandũ, casus euenientes ex aliquo opere præter operantis intentionem, & ab eo non præcogitatos, esse per accidẽs, & indirectè volũtarios, aut ab ipso operante volitos, nõ per se, & directè: secundũ Thomam in. 2. 2. q. 64. art. 8. cui cæteri consentiunt.

Item erit hinc obseruandum, hoc volũtarium esse magis, vel minus indirectũ, ac plus, vel minus habere voluntatis, aut volitionis, vt interim sic loquamur, directæ, secũdũ quòd ipsum opus per se volitũ magis, vel minus est aptũ, aut ordinatũ, seu periculosum, vt illi euẽtus sequantur: iuxta hoc etenim plus, vel minus erunt censendi euentus contingẽtes ex eo volũtarij. quod constat ex his, quæ in dict. num. 1. adnotauimus, & item nu. 2. Hoc ipsum & ipse Thomas sensit in quęstione de ignorantia. 1. 2. q. 76. artic. 4.

Ex quibus deducitur, euentus ex hoc opere, nõ per se, nec necessariò, nec vt pluries cõtingere solitos, sed per accidens succedentes, minimè imputari, nec directè, nec indirectè comprehẽdi sub volitione operantis: atq; ideo minimè fore considerandos: quemadmodũ ex S. Tho. & Palud. nos tradidimus in. d. nu. 2. in principio huius secundæ partis.

Igitur his ad amussim inspectis, & diligenter obseruatis cõsequitur Homicidiũ casuale tũc demũ ad irregularitatẽ imputãdũ fore danti operam rei illicitæ: quãdo actus ille illicitus est ordinatus sua propria natura ad mortis læsionẽ, vel ad homicidium: vt explicat Socin. in dicto cap. ad audientiam. de homi. numero. 49. sentiunt Ancharr. & Franceus in cap. vlt. de homici. in. 6. Gonsalus à Villadiego in tract. de irregularitate. cap. de percussore. col. 3. aut quoties homicidiũ illud procedit ab illo actu illicito, per se quidẽ, & necessariò: nõ per accidẽs. sicuti Alfonsus à Castro probat in dic. c. 14. aut saltẽ vbi illicitum illud opus per se volitum est periculosum ex natura sua, aut saltẽ sæpe inde mors sequatur, aut frequẽter. Quod post huius operis primam editionẽ legi apud Dominicum Soto. libr. 5. de Iust. & iur. q. 1. artic. 9. Huc etenim tendunt oẽs iuris pontificij decisiones, quæ statuerunt irregularitatem propter homicidium casuale sequutam ex opere illicito, etiam præter intentionem operantis, etiam adhibita per eum diligẽtia, quæ adhiberi potuit, & debuit. idẽ plurimùm cõfirmatur

tur ex ratione tex.in cap.vlt.de homicid.in.6.dum inquit,illud homicidium sequutum præter intentionem imputari danti operam rei illicitæ: idest mandato inferendæ iniuriæ: quia mandando in culpa fuerit, & hoc euenire posse debuerit cogitare.

Qua ratione infertur inter dãtem operam rei licitæ,& illicitè operantem, hoc esse discrimen quo ad homicidium casuale: quòd posteriori homicidium imputatur ex eo,quia culpam maximam habet, & contrahit dando operam rei illicitæ, si mul & ad homicidium, vel membri mutilationẽ periculosæ; saltem frequenter:aut ex propria natura ad id ordinatæ per se quidem, & necessariò: priori verò non aliter imputatur quàm ex culpa commissa in hoc,quòd non adhibuit diligentiam,quam adhibere tenebatur, & poterat ad præcauendum,nè homicidium sequeretur.Hæc differentia constat ex his decisionibus,& constitutionibus, quæ iure pontificio hac de re sunt statutæ.

Secundò deducitur, in hac cõtroversia,eum actum dici illicitũ, qui prohibitus fuerit ratiõe huius periculi ad homicidium, vel mortem, aut membri abscissionem.ita enim ipse colligo ex cap.tua nos.in princip.de homi.iuncto ca. sententiam sanguinis.nè cleri.vel mona.& ca. sicut.eo tit.de homi.Alioqui fract? non prohiberetur ratione huius periculi,sed ex alia causa,profectò huius prohibitionis transgressio nullam, nec minimam haberet homicidii culpam,quæ tamen vel aliqua necessaria est,vt homicidium priuato imputetur ad irregularitatem: quẽadmodum superius attigimus.

Tertiò subsequitur ex his, quòd si laicus chirurgus peritissimus,aliqua ex causa,quæ nõ respiceret imperitiam artis, sed pœnam aliunde inflictam, prohibitus foret à iudice ad tempus vti chirurgi officio:& is non obstãte hac prohibitione secretò eadem vteretur arte, atq; ob aliquam incisionẽ peritissimè factam culpa ægroti mors sequuta sit, non erit hic irregularis.etenim hæc trãsgressio illicita præcepti iudicis non pertinet ad culpã homicidij casualis: quia prohibitio non fit propter periculum homicidij:vt fit in dict. cap.sententiam sanguinis. quo clerici in sacris cõstituti prohibentur exercere chirurgicam artem: quia ex incisionibus, & adustionibus solent homicidia euenire. Huius autem dubij decisio lectoris correctioni, vt & multa alia in hac materia per me definita doctoribus plerũq; refragantibus,committenda est.

Quartò infertur quid dicendum de clerico, qui venationi illicitæ operam dedit:& absq; eius culpa, omni diligentia præmissa iaculo hominẽ confixerit & occiderit, existimans esse feram. Quemadmodum & Procrin vxorem Cephalus olim telo volatili confixit,autore Ouidio lib.7.Metamorph. & libr.3. de arte amandi.



amandi:an hic sit censendus irregularis? Nam si hic casus cõtigisset ei, qui venari poterat, nec dabat operam venationi illicitæ,profectò respondendum foret,nullam contrahi irregularitatem: quod in specie colligitur ex eleganti consi.58. Soci. Iunioris,libr.1. & tradit Alfonsus à Castro in dict.libr.secundo.de potesta.legis pœnal. capit.14. versic. nec refert.qui,& Soci.sensere,in hac specie contrahi irregularitatem,si daretur opera venationi prohibitæ, & illicitæ,etiam si omnem venator adhibuerit diligentiam ad præcauendum homicidium. Quam sententiam ipse admitterem dubio procul, vbi venatio esset prohibita ob pericula homicidij,mortis, aut vulnerum: quæ solent contingere ex simili venandi modo. At vbi venatio esset interdicta propter honestatem,vt clericis interdicitur,aut propter custodiam animaliũ: tunc nõ probarem,nec admitterem hãc opinionem, si nulla alia culpa in ipso actu contigerit, quàm quòd operam venator dabat interdictæ venationi. Quod rationem habet ab his,quę modò notauimus in vers.2. deducitur. Non enim illa culpa illicitæ venationis ad homicidium pertinet: sed tantùm ad transgressionem præcepti de non venando constituti:quæ non sufficit ad irregularitatem ex homicidio priuato constituendam:vt paulò antè dicebamus.& id patet,quia si non esset interdicta venatio, vt omnes fatentur, nulla contraheretur ex hac specie irregularitas: igitur irregularitas nõ est deducenda ex illa culpa, quæ nulla ex parte ad homicidium fertur, sed ad transgressionẽ præcepti:cuius violatio iuxta canonicas sanctiones non producit irregularitatem.

Quintò libenter hinc deducã intellectum ad textum in capit.sicut. de homicid.inquirens, an irregularitas in ea specie deducatur ab ea culpa,quam inibi habuit qui cum fœmina ludebat inhonestè, & libidinis causa: an ab ea, quæ commissa fuit ludendo cum fœmina prægnãte,ita quidem, vt periculum abortionis posit inde timeri? & verè irregularitas non oritur à priori culpa, sed à posteriori. Non à priori, quia illa minimè propria natura ordinatur ad homicidij, aut aborsus periculum,nec ea quicquam pertinet ad homicidij, vel abortionis euentum:& ad irregularitatem priuati homicidij aliqua est culpa necessaria:vt paulò antè probauimus. aut planè hæc culpa remota est admodum ab homicidio,seu abortione,quæ postmodum euenit. Deinde si prior hæc culpa foret sufficiẽs ad irregularitatem,sequeretur,eum irregularẽ esse, qui libidinis causa, aut lasciuiæ luderet cum fœmina, quam ignorantia inuincibili ignorabat prægnantem esse, si aborsus ex eo lusu foret sequutus. quod mihi admodum est dubium, nec iuri cõsonum videtur. Scio etenim hũc pro-

propter iustam,& inuincibilē ignorantiam omnino immunem esse, & liberum à culpa abortionis:siquidem eam qualitatē ignorauit, quæ ad delicti culpam est necessaria, vt sciatur: nè actus sit omnino inuoluntarius. Igitur irregularitas non deducitur à priori culpa: procedit autem à posteriori: quia lusus ille cum fœmina prægnante periculosus est,saltem frequentissimè occasionem præbet abortioni. Et idcirco illicitus, & incautus: ac proinde reprobus. Quamobrem irregularitas ex homicidio casuali hac in specie oritur ex eo, quod quis dat operam actui ad mortem & occisionem periculoso:atque ideo prohibito.

Sextò, si illa prior culpa non est in hoc tractatu irregularitatis imputanda,.dubia profectò videtur communis omnium interpretatio ad textum in dicto capitulo. sicut. quam nos retulimus hoc in.§. versiculo.secundò in eiusdem prioris partis. Etenim etiam si frater, aut consanguineus cum fœmina prægnante incautè lusisset, vt lusit presbyter ille,cuius Romanus Pontifex meminit in dicto capit.sicut. foret hic irregularis censendus: quia operam dabat reiillicitæ, & prohibitæ ex eo,quòd sit actus ad abortionem periculosus: nec potest absque aliqua culpa contingere,propter periculum inde verisimile.

Hæc sanè sint in medium proposita: non equidem contumaci assueratione, sed vt lector ex his valeat,sublatis difficultatibus,frequentiorem doctorum sententiam probare,ac defendere.

¶De eo autem,qui habet vrsum, leonem, vel canem, an irregularis sit,si aliquod ex his animalibus hominem occiderit: respondendum erit, non contrahi irregularitatem, si hæc animalia cautè,& bene ligata custodiat.l.secunda.§.vltimo.ff. si quadrup.pau.fecisse dicatur.l. itē Mela. §.item cum eo. ff. ad legem Aquiliam notant Innocen.Abb.& Doctor. in capitul. ad audientiam. de homicid. Attamen ipse opinor, hunc esse irregularem,si hæc animalia habeat etiam ligata in via, vel in itinere,aut in alio loco publico. l. hi enim.l.& generaliter. l. qua vulgo. ff. de ædilit. edict. quarum meminit Ludouicus Romanus in singula.704. ad hoc,quòd hic vltimus casus puniendus, & legibus illis punitur pœna pecuniaria ducētorum solidorum.

¶Postremò in hac re obseruandū est,quod voluit gloss.in capit. dilectus.de homicid. verb.nec actu.dicens,homicidium actu cōmissum, & tamen absque voluntate & culpa, imputari committenti quo ad ordines suscipiēdos,non tñ quo ad susceptos. Cuius assertionis exemplum in iudice proponitur. idē sensit Felin.in capitu.presbyterum.nume.3.de homici. sed tenenda est contraria opinio: imò iure verius est, nullam in hoc esse differentiam inter promotum, & promouēdum. Nam ex homicidio contingenti absque voluntate: & culpa nulla oritur irregularitas:capit.si duo.& capitul.hi qui arborem.50.distinct.capit.significasti.in primo.& capit.dilectus.de homici.Illud verò homicidium, quod à iudice committitur,voluntarium est, tametsi culpa careat.atq; ideo prædictam gloss. reprobat Abb.& Anania in.d.c.dilectus.idem Abb.& Anania in. d.c.significasti.illum tex.ad hoc adnotantes. Quorum opinio mihi videtur frequentiori Doctorum consensu recepta.Quamobrem quoties irregularitas ex homicidio oritur,ea impediet promotum in susceptis ministrare,& ad maiores ordines ascēdere. At in eo casu, quo nulla deducitur, nec contrahitur irregularitas, non impeditur quis ad maiores ordines ascendere, sicut nec impeditur in susceptis ministrare.

Hæc verò dicta sint de homicidio volūtario, & de casuali à priuata persona cōmissis. Etenim, vt sæpius admonui, necessaria est ad irregularitatem ex eo contrahendam aliqua culpa. De homicidio à iudice commisso statim dicemus,priùs præmittendo, quid dicendum sit de homicidio,cui accusator, vel testis,aut aduocatus causam dederit.

## Ex.§.sequenti.

1 *Laicus,vel clericus absque protestatiōe,criminali iudicio aliquem accusans,irregularis est, si accusatus à iudice occidatur.*

2 *Protestatio accusatoris,etiam animum habentis,quòd occidatur reus, eum liberat ab irregularitate.*

3 *Protestatio ista excusat,etiam si iudex iniquè reum morti tradiderit.*

4 *Protestatio ista,an excuset accusantem pro aliena iniuria?*

5 *Aduocatus in causa sanguinis,an pramissa protestatione,efficiatur irregularis? & quid de teste.*

6 *Inquisitores hæreticæ prauitatis qua ratione excusentur ab irregularitate tradentes reos iudici seculari.*

7 *Iudex, an ex duro carcere morte sequuta, sit irregularis?*

8 *Episcopus,vel sacerdos,an possit esse delegatus principis secularis in causa criminali?*

## §.Quintus.

Vltimo quidem loco huius secundæ partis oportet expendere irregularitatē illam, quæ solet procedere ab accusatione criminali, ex qua mortis condemnatio, & eius exequutio sequitur. Est etenim celebris constitutio titul.de homicidio. lib.sexto.secunda: quæ statuit,ex hac accusatione,etiā si mors sequatur,non oriri,nec induci irregularitatem, si accusator protestetur, quòd ad vindictam sanguinis ad mortem quidem, vel membri mutilationem non procedatur: ea verò protestatione omissa inibi probatur accusatorem effici irregularem.ad huius vero quæstionis exa-

minationem, & perfectiorẽ intellectũ libet hac ĩ parte aliquot proponere quæ mihi vtilia visa fuere pro totius huius tractatus resolutione.

Primò illud proponitur, quod licèt laicis licitum sit, pro delicto publico, vel priuato ad mortis pœnã aliquem accusare: sicuti ex S. Tho. & alijs probauimus libr.2. variar. resolutio. capit.10. nume.7. tamen vbi ex ea accusatione mors sequuta fuerit publica auctoritate, erit hic accusator censendus irregularis. Etenim si iudex irregularis est, qui cogitur iustitiam vnicuiq; ministrare & punire nocentem: fortiori ratiõe accusator ipse, qui poterat eam accusationem quandoq; piè omittere, irregularis erit. Nec deniq; refert, quòd accusare teneatur quandoq;, quemadmodum & iudex punire: siquidem homicidium auctoritate publica contingens, ad irregularitatẽ iudici, & accusatori imputatur absque vlla peccati culpa: imò plerunque eo casu, quo meritoria sit ea accusatio, & publica punitio. Alioqui nec clericus ad mortem accusans, irregularis censendus foret: si publica punitio mortis non imputaretur laico ad irregularitatẽ: cùm hoc homicidium voluntarium sit, licèt ad vindictam publica authoritate consequendam pertineat. Nec alia ratione clerici prohibentur accusare simpliciter absque protestatione, quàm quòd eorum volũtas per eam accusationem manifestè feratur ad homicidium, vel membri mutilationem: hanc vindictam per accusationem petẽtium. Quod probatur in capitul. tua nos. §. vltim. de homicid. vbi scholaris ille non iudicatur irregularis, etiam si signa dederat, vt cognosceretur fur, qui postmodum mortem obierit ex punitione iudicis, quia illa signa nullum genus probationis induxerunt, sed tantùm aliquod leue iudiciũ: quæ quidem causa remota fuit ad homicidium: quasi contrarium foret respondẽdum, si scholaris ille ipsum furem indicaret, sciens quòd quærebatur ad mortem. tunc enim contracta fuisset irregularitas secũdum Gardi. & Anani. in dict. ca. tua nos. §. vlti. Soci. in ca. ad audientiam. de homici. num.52.

Secundò adnotandum est, hanc accusationem criminalem clericis prohibitam esse, vbi in ea tractanda est causa sanguinis. capitul. postulasti. de homicid. & probatur in dict. capitu. secundo. eod. titul. in sexto. quod obtinet in causa publica, vel priuata. Idem secundum quorundam intellectum probat text. in capitul. accusasti. de accusat. vbi præter alia clericus accusator pœnitentiam agere tenetur: non tamen ita grauem, si pro bono pacis accusauerit. Hæc autem prohibitio iuris humani pontificij est: non diuini, nec naturalis: quemadmodum deducitur ex his, quæ docet Sanctus Thomas. 2.2. quæstione. 64. articu. 4. notant in hac specie Domini. à Soto in relect. de secreto. membro. 2. quæst.



quæstione quinta. conclusio. tertia. & Martinus Azpilcueta in relectio. capit. inter verba. 11. quæstio. 3. Corollario. 60.

Tertiò: eodem iure humano Pontificio statuta est irregularitas propter hanc accusationem criminalem simpliciter propositam à clericis. quod constat in dict. capitul. secundo. & in dicto capitul. postulasti. vbi est omnium hac de re communis sententia. Poterit tamẽ summus Pontifex per dispensationem hanc irregularitatem tollere: imò licitam facere clerico huius causæ sanguinis actionem, & tractatum.

Quartò, iure ipso pontificio statutum est, clericum causæ criminalis accusatorem, etiam si iudex ad mortem processerit, liberum esse ab irregularitate, si in ipsamet accusatione protestetur, in ipsoue iudicio, non petere ipsum eiusce criminis vindictam, quæ mortem, aut membri mutilationem inferat. textus singularis in dicto capitul. secundo. de homicidio. in sexto. qui procedit, etiam si nihilominus certum sit, iudicem mortem illaturum accusato: quemadmodum notant Ioan. Andre. Abbas, & Felinus in dicto capitul. postulasti. Socin. in dicto capitulo. ad audientiam. numero. 54.

Quintò: hæc protestatio tunc necessaria est, cum clericus alicuius criminis, aut sceleris accusat quempiã apud iudicem secularem: nec tamẽ est omnino præmittenda, vbi causa ciuilis per clericum apud iudicem secularem tractaretur: licèt ex accidenti contigerit, quòd iudex secularis, eiusve ministri pro iustitiæ exequutione aduersarium contumacem, & resistentem occiderint. tex. celebris secundum intellectum Ananiæ & Docto. ibi in dicto capitul. postulasti. quo in loco Anchar. Abbas & omnes hoc ipsum fatentur.

Sextò: hæc ipsa protestatio ab irregularitate reddit accusatorem immunem, etiam si accusator animũ habeat protestationi contrarium. etenim irregularitas iure humano positiuo inducta est, nec ab interiori tantũ animo procedit: quod iam sæpe admonuimus. actus verò in hac specie exterior eius est conditionis. vt iuxta pontificias sanctiones, nullam inducat irregularitatem: sicuti probatur in dicto capit. secundo. atque ita Felinus tenet in dicto cap. postulasti. ex Ioann. Andre. in dict. capit. secundo. licèt Anania in eod. capitul. postulasti. contrarium notauerit, pro se citans Ioãne. Andre. in dict. cap. secundo. qui tamen potiùs contrarium probat: cùm senserit ad consilium propriùs quàm ad necessitatem pertinere, quòd accusator animum habeat liberum ab hac mortis inferendæ voluntate, quo ad forum iudiciale exterius.

Septimò: eadem ratione accusator irregularis erit, si non præmiserit prædictam protestationem, etiã

ſi in animo gerat,& volũtatem habeat,quòd ille accuſatus non occidatur,nec mẽbro mutiletur. Nam ſicut animus prauus non inducit irregularitatẽ, ita nec ab ea quenquã liberat:cùm actus exterior ad homicidium tendens irregularem agentem conſtituat. quod in hac ſpecie viſum eſt gl. cõmuniter receptæ in dict.c.2.& procedit in conſcientiæ foro adhuc: ſicut & in iudiciali, ſecundum Calderi.& Franc.in.d.ca.2.licet contrarium notauerit Andr. Tiraquel.de legib. cõnubialib.poſt ipſas leges in gloſſ.5.vbi contendit, & conatur excuſare hunc clericum accuſatorem quo ad deum.id verò refragatur veritati,iuxta quam qui eſt irregularis in exteriori iudicio, & itidẽ irregularis erit in interiori.

Octauò,ſi ab accuſatore proteſtatio præmiſſa ſit iuxta text.in dict.c.2.non imputatur ei quo ad irregularitatem homicidium,nec mors accuſato illata per iudicem iuſtitiæ limites,& ius ipſum excedentẽ. glo. communiter probata in dict. ca. 2. verb.iuſtitia.cui opinioni obiiſcitur quod notant Doct.in capi. ſignificaſti.in.2.de homic.tenentes,quem eſſe irregularem, ſi ipſe videns furem fugientem cum rebus ſibi furto ablatis clamauerit, & vicini acceſſerint,ac furem occiderint,etiam contra clamantis proteſtationem. Hæc enim opinio communis videtur ex his,quæ notat Anania in.d.c. ſignificaſti.num.36.igitur eadem ratione & irregularis foret cẽſendus, qui apud iudicem ſecularem aliquẽ ob crimen detulit, etiam præmiſſa proteſtatione,ſi iudex iniquè ipſum accuſatum morti tradiderit.Sed Anania colum.3.& Felin. in dicto capitul.ſignificaſti.non omnino conſentiunt communi opinioni:ſiquidem de ea maximè dubitant: vt & Socin.dubitauit in dict.capi.ad audientiam.nu.51.Ego verò, licèt vera ſit opinio communis,quæ mihi ſatis eſt incerta, opinor maximũ eſſe inter hæc duo diſcrimen. Etenim qui clamauit aduerſus furem,& priuatos homines interpellauit vt ſibi ſubuenirent, maiorem ſequuti homicidij culpam habet,quàm qui apud iudicem de homine ſcelerato conqueritur. Nam multò minor præſumptio conſtat, quòd iudex leges, & iura minimè tranſgrediatur, quàm quòd priuati homines contra furem interpellati ab homicidio temperabunt. qua ratione mirum non erit, ſi priori caſu nulla cõtrahatur irregularitas: poſteriori verò ea iure pontificio cõtracta ſit.

Nonò ad eiuſdem capitis interpretationem illud magis erit obſeruandum,quod Anania in dicto capitu. poſtulaſti.notat exiſtimans,non imputari accuſatori, etiam non proteſtanti, mortem à iudice accuſato reo contra ius,& iuſtitiam illatam. Satis enim iuſtè, & ſyncerè proteſtationem omittit accuſatur,qui ſecundum leges,& iura optimè cenſet, mortem accuſato nequaquam fore inferendam.

Decimò,



Decimò, adeo proteſtatio excuſat irregularitatẽ, vt nec irregularis ſit accuſator, nec clericus ex morte per iudicem reo illata, etiam ſi ipſemet clericus reum capiat, detineat, & iudici tradiderit ad punitionem, ſecundum Francum, & Ioann. Vanchelium poſt alios in dict. capitul.ſecundo. Socin. in dicto capitul.ad audientiam. numer. quinquageſimo ſecundo, & quinquageſimo tertio.

Vndecimò, præmiſſa proteſtatio non prodeſt accuſatori,nec eum liberat ab irregularitate, vbi ipſe reum accuſauit pro furto, vel iniuria non ſibi,ſed alteri illata, quaſi conſtitutio prædicti capi. ſecunda tũc locum habeat, cùm accuſatio proponitur pro iniuria ipſi accuſanti illata:aut ſaltẽ ſuis, & propinquis ſecundum communem in dict. ca. 2. vt ſenſit Feli.in dict. cap.poſtulaſti. quæ quidem opinio ita poſſet intelligi, quòd nihilominus clericus proteſtatione facta poſsit abſq; metu irregularitatis delictum aliquod præcogitatum, & deniq; tractatũ in graue reipublicę diſpẽdium, aut proximi damnum,cautè deferre,ac denuntiare in medelã potiùs quàm ad punitionem.Etenim etiam ſi ex huius criminis inquiſitione mors ſequatur iure,& iuſtitia illata, nõ erit delator irregularis,modò aliter,quã per denuntiationem huic malo obuiam iri non valeat. Quod in ſpecie adnotarunt Caieta. ſecunda ſecundæ.quæſtio.trigeſima tertia. articul. ſeptimo.Marti.Azpilcueta in capit. inter verba. vndecima quæſtione tertia Corollario.58. quib⁹ aliqua ex parte adſtipulatur textus in capitu. accuſaſti. de accuſat. ibi:niſi pro pace.Quo in loco ſignificatur ab eius capitis authore non eſſe illicitum nec dignũ canonicis pœnis, quòd quis, etiam clericus, deferat reum ſanguinis,& mortis pro quiete,aut pace reipublicę:hui⁹ verò inductionis argumẽtatione modo vtimur ad apertiorẽ concluſionis probationẽ:tametſi aliter intellexerim⁹ paulò antè text.in dic.capitul, accuſaſti.

Duodecimò eſt adnotandum,nõ ſufficere prædictam proteſtationẽ ad liberandum ab irregularitate ad uocatũ,qui aduerſus reum in cauſa ſanguinis patrocinaretur,eãdẽ proteſtationẽ præmittẽs: ſicuti omniũ cõſenſu receptũ eſt:& notat poſt alios Ioan de Imola in capit. primo. de poſtuland. ſecùs tamen erit in aduocato ipſius rei accuſati. Nam etiam ſi accuſator talionis pœna damnatus fuerit, non erit irregularis, niſi eſſet clericus, qui ex hoc operam daret rei illicitæ: vt viſum eſt Abb.in capitul.ſententiam ſanguinis.nè cleri.vel mona. eidem in dicto capitul.primò.de poſtuland. Gonſalo à Villadiego de irregular. capitul.de percuſſore. Et ſanè ſi rectè perpendatur quod Ioann. Andre.Antoni. & alij tradidere in dic. capitul. primo. de poſtulando. eſt huius quæſtionis non facilis reſolutio:idcirco ipſe opinor hoc in caſu con-

ſu conſiderandum eſſe, quòd licitè quis accuſat, & tamen ſiue clericus ſit, ſiue laicus, non præmiſſa proteſtatione irregularis eſt: ea verò præmiſſa, liber eſt ab irregularitate. Sed & ſi quis accuſatus non tantùm ſe defenderet, imò petierit itidem accuſatorem calumniantem puniri abſque ſæpe dicta proteſtatione, & accuſator ex talionis pœna per iudicem occideretur: mihi placet eadem ratione, hunc accuſatum irregularem eſſe. Sic denique ſicut aduocatus accuſatoris, etiam proteſtatione facta eſſet irregularis eandem pœnam contrahit aduocatus rei accuſati, ſi petierit accuſatoris calumniam puniri talione, & accuſator fuerit per iudicem occiſus. Quod ſi accuſatus tantùm ſe defendat, nec petat accuſatorem talione puniri, nec eius calumniã pœna legis coerceri, non erit hic irregularis, quanuis nulla ſit vſus proteſtatione. Etenim non video aliquam iuris pontificii deciſionem quæ contrarium efficaciter probet. igitur tota huius quæſtionis controuerſia in hoc eſt expendenda, an aduocatus ipſius accuſati petierit accuſatorem talione puniri. Nam ſi hoc ab eo petitum ſit, & iure talionis accuſator ſit per iudicem damnatus ad mortem, & occiſus, erit aduocatus irregularis: ſiue ſit clericus, ſiue laicus, etiam ſi proteſtationem præmiſerit. Nec refert, defenſionem accuſati licitam eſſe: quia & accuſatio licita eſt: & nihilominus aduocat⁹ accuſatoris adhuc proteſtatione vſus cenſetur irregularis. Item nihil conducit, quòd clericus aduocatus defendens reum accuſatum dederit operam rei illicitæ: cùm irregularitatis in hac ſpecie non procedat ex eo, quòd datur opera rei illicitæ, vel ex culpa accuſatoris: ſed ex eo, quòd ad eius petitionem iudex proceſſerit in cauſa criminali, & mortem publica auctoritate inflixerit, vel intulerit. Idcirco illud eſt obſeruandum, an accuſatus, eiuſue aduocatus petierit calumniam accuſatoris puniri, vt accuſatus præmittens proteſtationem irregularis non ſit: aduocatus verò, etiam ea præmiſſa irregularitatem contraxerit. Quòd ſi non fuerit hæc punitio petita, ſed tantùm detur opera defenſioni iuſtæ ipſius accuſati: non erit mors per iudicem ex tallione accuſatori illata ad irregularitatem imputanda, licèt clericus ſit aduocatus rei, nec vllam proteſtationem præmiſerit. Siquidem defenſio accuſati per ſe non tendit ad mortem accuſatoris, nec ad eam ordinatur, ſed ad tutelam innocentiæ ipſius accuſati. Damnatur autem ipſe accuſator ex eo, quòd per calumniam alterum in iudicium ſanguinis detulerit.

Decimotertiò his omnibus eſt adiiciendũ, iregularitatẽ contrahi ab eo qui teſtimoniũ in cauſa criminali dixerit, ſi ex eo mors fuerit illata, etiam



tiam præmiſſa proteſtatiõe: quod Felin. poſt. alios notat in dicto capi. poſtulaſti: glo. ad hoc optima, quæ in laico loquitur in capi. 1. 51. diſtin. & in clerico: gl. in cap. teſtimoniũ. 11. q. 1. notant Abb. in capit. de cætero colũ. 1. de teſtib. & ibi Felin. vbi hæc eſt communis omniũ Docto. opinio. idem notat Ioan. Crottus in tract. de teſtib. nu. 69.

Decimoquartò ex his deducitur praxis illa, qua hæreticæ prauitatis inquiſitores vtuntur: cùm poſt cõdemnationem hæreticorũ eos tra-
6 dunt iudici ſeculari, eum rogantes, nè morte, aut membri mutilatione eos afficiat. quod text. probat in ca. nouimus. de verb. ſignificat. Regia l. 60. tit. ſexto, par. 1. cuius praxis meminit Directorium Inquiſitorum dum refert ſententiarũ formulas, id que ſatis tutũ eſt: tametſi tutius foret, quòd inquiſitores non traderent ſic dãnatos iudici ſeculari: ſed eos condemnarẽt coram iudice laico, atque ita damnatos à propria iuriſdictione dimitterent: vt denique ſtatim iudex ſecularis eos morti, & igni traderet: ſicuti Henric. notat in c. ad abolendam. de hæret. quem ſequitur Ioannes Igneus in. l. prima. §. cùm domus. ff. ad Syllanian. nu. trigeſimoſeptimo. Etenim licèt iudex iuſtiſsimè aliquẽ morti tradẽs proprio iudicio & ſententia, dubio procul irregularis ſit: capitul. ſententiam ſanguinis. nè clerí. vel mona. tamen iudex, qui delinquentem iuxta iuris pontificii conſtitutiones tradit iudici ſeculari, proteſtans nè eum morti tradat, aut mutilatione membrorũ puniat, irregularis non eſt. Cuiue rei exemplũ conſtat ĩ his omnibus caſibus quibus eccleſiaſtici iudices poſt actualem degradationem clericos ſeculari iudici tradunt, & dimittunt. vt apparet in. d. capitul. nouimus. & idem erit in hac hæreſis cauſa. Nec quicquam ad hanc rem pertinet quod Speculat. voluit in titul. de diſpenſatione. §. iuxta. nume. quadrageſimoquarto. qui inquiſitores ex eo ab irregularitate excuſat, quòd licitum ſit abſq; metu irregularitatis mortem alteri conſulere martyrio pro fide ſuſcipiendam: quam ſententiam probant Innocent. Antoni. Cardinum. quinto. Soci. nume. ſeptuageſimonono. Felin. in dict. capitu. ad audientiam. idem Felin. in capitul. ſicut dignum. de homicid. §. clericos. Nam & ſi hæc opinio vera ſit, vt profectò vera eſt, diſtinctam rationem habet ab ea quæſtione, quã tractamus: cùm in eo caſu de martyribus, conſulat, quis, & hortetur Chriſtianum, & fidelem, vt pro defenſione, ac cõfeſsione fidei morti ſeſe offerat. Nec conſulit, quòd ſeipſum occidat, nec quòd alter eũ occidat: eſſet enim tunc irregularis: ſed quòd omnia tormenta, & cruciatus patiatur potiùs, quàm fidem Chriſti abneget, aut deſerat: ac tandem vt pro eius teſtimonio, & defenſione iuxta temporis, & rei neceſsitatem cuicunq; periculo mortis,

mortis, & tormentorum seipsum offerat. Hoc siquidem consilium chatolicum,& pium est, nec ex natura sua,nec per se ad mortem tendit imò, nec periculosum est, nisi per accidens propter infidelium,ac tyrannorum malitiam: præsertim, quia potest quis absque irregularitate in bello iusto hortari ad pugnam etiam periculosam ipsos milites quemadmodum hac in secunda parte diximus. At inquisitores, qui hæreticum iudici seculari tradunt, tantùm tractant de puniendo illo homine qui perfidè Christi fidē,quam semel est professus hæresi contracta reliquerit. quę quidē punitio licèt pertineat ad defensionem fidei chatolicæ:non tamen est similis illi defensioni, & testimonio,cui martytes seipsos exponūt, mortem propter hoc etiam subituri.& sanè si argumentatio Speculatoris foret valida, sequeretur ex ea, posse absq; metu irregularitatis inquisitores iudici seculari consulere, vt hæreticos ei traditos,morte afficeret.Quod verum non est, nec iure pontificio probari potest.

Decimoquintò: iudex ipse ecclesiasticus maximo irregularitatis periculo se exponit, cùm aliquem criminis reum in eum detruserit carcerem qui mortem sit breui tempo
7 reillaturus:vel ob eius humiditatē, fœtorem,& squalorem: vel ob alimentorum subtractionem. Quem admodum notant Guiliel.à Monte Lauduno in Clementi.prima de pœnitenti.& remis. Abb.in capitu. ad audientiam. de crimine falsi. Anania in capitul.de cætero.de homicidio.columna vltima. Socinus in capitul.ad audientiam.eod.titu.nume. 57. Florent. tertia part. titul.28. capitu.2.§.sexto.Ioan.Bernar.in practi.criminali.cap.129.

¶Præter hæc omnino est obseruādum,posse prælatum absq; vllo irregularitatis metu, si iurisdictionē habeat temporalem,cōmittere causarum, vel alicuius causæ criminalis cognitionem alteri, vt is iustitiā faciat.Etenim & si hic iudex delegatus, aut ordinarius accusatū,vel reum morti tradiderit,non erit episcopus,nec prelatus, qui hanc delegationem fecerit irregularis.tex. celebris in capit.vlti.nè clerici, vel monachi.lib.sexto. ex contrario tamen quæritur,an posit prælatus, vel clericus cognoscere de causis criminalibus ad puniendos laicos ex commissione principis secularis?& profectò textus in capitul. in archiepiscopatu.de rapto.probat,hāc commissionem validam esse: cùm eius ratione posit delegatus de his causis cognoscere, ac sententiam ferre: modò à pœna sanguinis abstineat. quem textum præter ordinarios eius interpretes censet singularem esse Aretin. consil. quingentesimo octauo.col.3.qui rursus col.5. ex eo adnotauit,censeri huic delegato cōmissā causam quoad pœnā, etiā ordinariā criminis iuxta eiꝰ qualitatē, licèt ea sanguinis sit: quia tunc punitionem



nitionem dimittet committenti, & deleganti, si ipse non valeat de hac pœna iudicium dicere: nō enim ipse princeps visus est pœnam sanguinis remittere ex eo, quòd causæ cognitionem delegauerit ei, qui eādem pœnam per sententiam infligere non potest, & tamen responsio textus in dicto capitul.in archiepiscopatu. procedit, quia ea commissio facta fuit in vtilitatem,& cōmodum religionis Christianæ ad tollendum opprobriū illud, quod à Sarracenis christi fidelibus fieri solebat: vt Panormita. & Anania ibi explicant:aut quia ex ea commissione imminebat vtilitas ecclesiis: sicuti Panormita.notat in capitu. decernimus.de iudic.columna tertia: tandem potest & tertiò dici, hanc delegationem validam esse quando est vnius tantùm causæ, secundum eundem Abb. in capitu. clericis .nè cleri. vel monachi. 2. colum. sensit Innocent.in capitul.vnico, de obligat.ad ratio ci.& est communis opinio,vt Ripa testatur in dicto capitul. secundo. de iudic, numer.106. Quartò, vtcunque fiat hæc delegatio, valida erit in hunc sensum, vt iudicium teneat,licèt delegatus cōmissione vsus peccet grauissimè: quemadmodum latè notant Abb. & Detius numero septimo. in dicto capitul.de iudic.

## Tertia huius Relectionis Pars

## Ex initio Tertiæ Partis.

1 *Expenditur huius constitutionis ratio.*
2 *Furiosus committēs crimen ante furorem, an possit in furore puniri?*
3 *Ebrius hominem occidens,an sit puniēdus: & an sit irregularis?*
4 *Ebrius,an sit irregularis, vbi culpa sua inciderit in ebrietatem?*
5 *infans,an sit irregularis si hominem occiderit: & an sit puniendus pro delicto: & quid de minori ætate?*
6 *Dormiens, an sit irregularis, si hominem occiderit?*
7 *Pollutio nocturna quando inducat abstinētiam à celebratione, & communione Eucharistiæ?*
8 *Mutilatio mēbri æquipollet homicidio quo ad irregularitatē: & quod dicatur mēbrū?*
9 *Percussor alterius membrum efficiens debile,an sit irregularis?*

## Tertia Pars.

SI furiosus, aut infans, seu dormiens hominem mutilet, vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit.& idem de illo censemus, qui mortem aliter vitare non valens,suum occidit,vel mutilat in uasorem.Hactenus constitutio Clementis Quinti in concilio Viennensi. cuius interpretationem eo ordine explicauimus,vt quodlibet eius verbum ad sensum verum pro viribus deducamus.

Prænotandum tamen est, ignorantiam, quæ priuat vsu rationis, excu-

excusare omnino ab irregularitate præsertim ea, quæ ab homicidio procedit. Nam licèt nullum peccatum exigeretur ad incurrendam irregularitatem: requiretur tamen vt operationes illæ, à quibus oritur irregularitas, sint humanæ, ex iudicio rationis, & non ex sola sensualitate procedentes. Homo etenim quatenus rationalis est, non quatenus sensualis irregularitatem incurrit: idcirco necessarium est ad eam, quòd operatiões illæ, propter quas infligitur, sint rationales, hoc est ab homine habente vsum rationis factæ. Maximè ista consideratio obtinet in homicidio, à quo priuata cõmisso authoritate non aliter irregularitas procedit, quàm aliqua culpa præuia ipsius committẽtis illud: si verò homicidiũ sit publica authoritate commissum, cùm id voluntarium sit ea volũtas satis est sufficiẽs ad irregularitatem. quo fit, vt semper ad irregularitatem contrahendam ex homicidio sit necessarium, quòd id contigerit ex vsu rationis: quemadmodum ex hac constitutione deducitur. vbi eius interpretes hoc ipsum sensere. ac notat optimè Alfonsus à Castro libr. 2. de potestat. legis pœnal. capi. 14. versi. prima principalis conclusio.

Igitur furiosus hominem occidẽs irregularis non est: quippe qui nullum habeat vsum rationis, & ideo omnino est inuoluntaria ea actio: deniq; absq; vllo consensu procedens, ab omniq; culpa immunis. Cùm voluntas minimè possit dari, nec constitui absq; intellectu, & cognitione. deinde culpa, quæ malitiã mixtã habet, nõ cõtingit absque voluntate quibus cõstat, satis iustã esse constitutionem istam, quæ furiosum censet liberum esse ab irregularitate, etiam si hominem occiderit aut membro mutilauerit. Idẽ probatur multis authoritatib⁹, quibus palàm est, furiosum nequaquã puniri ob delictum, & crimen ab eo cõmissum furoris tempore. tex. in. l. illud. ff. de iniur. capitul. illud. 15. quæstione. 1. l. sed & si quæcunq;. §. 2. ff. ad legem Aquil. l. penulti. §. vlti. ff. de parricidiis. de quo nulla est controuersia.

In hoc verò solet versari quæstio, an qui ante furorem crimen cõmisit possit iustè furore affectus pœna corporali puniri? & Bald. in. l. furiosum. C. qui testamen. facere possunt. & in. l. humanitatis. C. de impub. & aliis. asseuerat, hunc nõ esse puniendum. nam ratio potissima pœnæ in hoc extat, quòd afficiat afflictione ipsum puniendum: quæ quidem ratio in furioso deficit manifestè: atq; ideo eandem opinionẽ plures sequuti sunt, eamque communem esse fatẽtur Iason. in. l. ex facto. numer. 30. & seq. ff. de vulgari. idem Iason. in. d. l. furiosum. col. penul. & fina. Ludoui. Carreri. in practi. crimina. titu. de homicidio. §. 6. nume. 14. qua ratione idem erit dicendum, etiã si processus legitimè factus sit cũ delinquente sanæ mẽtis tem



tis tempore, si ante iudicij executionem furor adueniat. Non enim cõuenit potissima ratio pœnæ huic punitioni, quæ in furiosum furoris tempore fit. sic deniq; & in hac specie Bald. & alij probant: & est communis opinio adhuc in hoc casu secũdum Iaso. in præcitatis locis, qui aduersus hanc sententiam opponit text. in. l. diuus. ff. de offic. præsid. quo in loco Marcus, & Commodus Cæsares responderunt, furoris morbo non esse dãdam veniam in criminibus puniẽdis. ea verò respõsio tunc obtinet, quando furor simulatur, & fingitur ad euadẽdam punitionem: vel vbi ob dilucida interualla maxima est præsumptio, crimẽ commissum esse tempore ipso, quo aderat illi sana mens: vt cõstat ex eiusdẽ responsi serie. de præsumptione tamen furoris, vel sanæ mẽtis, & eius probatiõe obiter nos tradidimus in epitome in. 4. Decreta. part. 2. cap. 2. num. 5. & sequentibus.

¶ Huic autem quęstioni proximè accedit quod de ebrio solet disputari, an is sit censendus irregularis, si hominem tempore ebrietatis occiderit? Nam & Zenzelinus, Cardi.
3 num. 9. Imola in hac Clemen. existimant, eum irregularem esse. quos sequuntur Gonsalus à Villadiego de irregularit. cap. de percussore. colum. 11. Sylueſt. verb. homicidium. 3. quæst. 4. quibus suffragatur text. in cap. inebriauerunt. & capit. sanè. 15. q. 1. vbi probatur ebrium delinquentem in ipsa ebrietate, non esse omnino à culpa liberum, nec à pœna: quia saltem ex ebrietate vitium contraxit, culpamq; commisit. irregularitas autem satis procedit à culpa homicidij, licèt ea non sit omnino perfecta: vt de casuali homicidio sæpissimè diximus. Hoc ipsum cõprobatur ex authoritate iurisconsulti in lege. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. quo in loco Barto. & Doct. ex eo adnotarũt, ebriũ delinquentem non esse omnino à pœna liberum, imo puniendum aliqua punitione propter culpã, quã habuit in ebrietatis causa: eritq; locus pœnæ extraordinariæ. gloss. in dict. c. sanè. Romanus in. l. 1. in principi. ff. de verbo. oblig. optimus tex. in dict. cap. sanè. & capi. inebriauerunt. regia. l. 5. titu. 8. parti. 7. ex quibus authoritatibus hoc vnum satis constat, ebrium non puniri propter culpam criminis ab eo commissi, sed propter ipsi⁹ ebrietatis causam, in qua culpam habuit. Quod in specie post Roma. asseuerant Cardina. Alexan. in cap. deniq;. 4. dist. Abbas in cap. vltimo. de maledic. tex. optimus in lege. omne. §. per vinum. ff. de re milit. Abbas in ca. sicut nobis. de testibus. & ibi Docto. Ripa in. l. vlti. q. 22. C. de reuo. donat. qui Barto. & alios suboscurè loquẽtes ita intellexit, quo pacto & intelligendi sunt plures, quos ad hanc rem citat Ludo. Carreri. in practi. tit. de homici. §. 6. nu. 22. sed quo ad irregularitatem illud sit constitutissimum, eam ab ebrio occidente non contra

hi,cum absq; eius culpa, dolo quidem alterius inebriatus est : quod varijs ex causis accidere potest:&in specie fatetur Marian.Soci. in ca.ad audientiam.de homici. nu. 15.Rursus & hoc sit expeditum, eum esse irregularem,vbi ea intentione se in ebriauerit,vt ebrius occideret.Hoc etenim homicidium voluntarium est:& ideo irregularitas ex eo contrahitur : quod Car. asserit in hac Clem.q.8.& idem verũ esse censet Alfonsus à Castro de potestat. leg. pœnal.libr.2.capit. 14. versic.prima principalis conclusio.Ludoui. Carreri.in dict.§.6. nu.23.idem constat ex his, quæ de dormiẽte statim dicentur.

Superest igitur difficultas in eo, qui culpam habuit ebrietatis, an is ex hac simplici culpa sit irregularis
4 si aliquem occiderit:&ipse censeo, hũc non esse irregularẽ,quod multis probatur.primũ,quia ebrius furioso similis est:cap.venter.35. dist. sed furiosus non est irregularis per hãc constitutionem:ergo nec ipse ebrius.Nec refert,quòd per nimiã potationem acciderit ebrietas : & sic ex culpa ipsius ebrij:posset enim & furor contingere ex culpa furiosi,quod præmittunt Doctores quidam,quorum Card.hic.q.6.meminit, licèt ab eis dissentiat.& probatur in cap.si quis insaniens.15. q. 1. & nihilo minùs haberet locũ hæc constitutio.Secundò eandẽ sententiam cõprobamus euidenter ex eo, quòd homicidium ab ebrio commissum processerit ab eo qui vsu rationis caret:& idcirco irregularitatem non inducit:quemadmodum manifestè constat in hac cõstitutione:quæ non aliam decidendi rationem habet, quàm q̃ furiosus, infans,& dormiens nullum habeant prorsus rationis vsum,& sint à mẽte alienati.deinde,vt contrariæ opinionis potissimam rationem effugiamus,est considerandum puniri ebrium nõ propter delictum commissum ĩ ebrietate,nec de ipso delicto,sed de illa ebrietate,quæ maiori est digna pœna,ex eo,quòd criminis causa fuerit:licèt remota:vt statim dicam.Hoc patet in ca.inebriauerunt.15.q.1.ex Augustino lib. 22. cõtra Faustum Manichæum ca. 44. inebriauerũt,inquit,Loth filiq̃ eius: & se nescienti miscuerunt.qua propter culpandus est quidem non tamen quãtum ille incestus:sed quantum illa ebrietas meretur.Hæc Augustinus.idem testatur Ambrosius lib.de Abrahã patriarcha,cap. 6. ita scribens,ideoq̃ si qui per vinũ deliquerunt,apud sapientes iudices venia quidem facta donãtur: sed leuitatis dãnantur authores . Hactenus Ambr.quẽ Gratianus refert in cap. sanè.15. quæst.1.Idem ex Hieronymo ad Eustochiũ de custodia virginitatis,& Origene Homilia . 5. in Genesim probat Ioan.Arbore. lib. 10.Theosophiæ. cap. 3. quòd si quis dixerit,ebrietatem per se non puniri, sed crimen ab ebrio commissum,tametsi leuiori pœna:quia si illud crimẽ nõ cõtigisset,foret ebrietas impunita.huic rationi respõdem⁹:delicta cõmissa in ebrietate puniri nõ ex ratione propria,nec secũdũ se,quia tũc sunt omnino inuolũtaria:sed ratione causæ,quæ volũtaria fuit:& ab illa denominationẽ accipere.Nõ enim culpatur coitus Loth ratiõe,& nomine incestus,sed nomine ebrietatis,veluti circũstantia,quædã ebrietati cõiuncta:quod Diuus Augustinus manifestè fatetur,ac explicat Beatus Bonauẽtura in.2.sent.dist.22.art.1.quæst.3.vbi ait, nec furiosum,nec ebriũ,quanuis vterq; illorũ sit sua culpa vsu ratiõis priuatus,posse cõmittere nouã culpam, sed omne malũ,quod durante furore,vel ebrietate factũ fuerit, scribit esse circũstantia,quæ aggrauat ebrietatis,aut furoris peccatũ, quẽ locum,tenẽs hanc opinionem in specie irregularitatis, citat optimè Alfonsus à Cástro lib.2.de potesta.legis pœnal.capit.14. versic. prima principalis cõclusio.Tãdẽ quartò ad huius opinionis probationẽ oportet expẽdere,quòd in homicidio ab ebrio cõmisso sunt tres euẽtus,aut tres actus omnino inspiciẽdi.Primus,ipsa potatio.secũd⁹,ipsa ebrietas.tertius,ipsa hominis occisio.in primum autẽ actũ fertur voluntas directè:nẽpè quia ebrius voluit vinũ bibere immoderatè.in secundũ fertur volũtas indirectè,& per accidẽs:non equidẽ directè, & per se.quẽadmodum docet Sãctus Thomas.1.2.quæst.76.artic.4. in tertium autẽ,hoc est in ipsam hominis occisionẽ,nec per se nec per accidẽs voluntas fertur.alioqui si ad huc indirectè fuisset voluntarius actuscontingẽs in ipsa ebrietate,profectò,imputaretur ebrio:cuius contrariũ probatur in dic.cap. inebriauerunt.& cap.sanè.15.quæst. 1. Hoc ipsum nos adnotauimus in.2.huius operis parte,in princ.nu.2.his omnibus accedit,quod ebrius,etiã si culpa sua inebrietur,illa culpa,quę fuit in illa volũtate, volendo inebriari: aut non adhibẽdo diligẽtiam debitã ad vitandam ebrietatẽ,nõ est causa proxima,nec immediata illiusocisionis,sed causa mediata,& remota.Nam illa culpa fuit causa ebrietatis:ebrietas verò causa occisionis.igitur culpa illa prima fuit causa mediata occisionis.& inde fit,vt constet,homicidiũ non oriri proximè, nec immediatè ab illa culpa,sed ab ebrietate.Ex quibus aduersus Cardinalẽ,& alios probatur,non esse irregularẽ ebrium,qui durante ebrietate hominem occiderit,etiã si culpa eiusdẽ fuerit inebriatus:quia immoderatæ potioni vini operã dederit.

Ad hæc præterea facit tex.in cap. quia diuersitatem.de concess.præb. vbi excommunicato sua culpa,nõ imputatur,quòd non possit cõferre beneficium:nec interim ei currit tẽpus datum à iure ad beneficij collationẽ.quẽ tex.præter Doct. ibi cõmẽdant,& notãt Feli.in.c.1. de præscriptioni. Iason in.§.rursus. nu. 26. de actioni . & ibi Ludo . Gomeci.

nu.15.Balb⁹ de præscrip.1.part.6.partis principal.casu.22.Roch⁹ Curti. de iure patrona.verb.cõpetẽs. n.23.Deti.in c.1.de iudic.col.4. in lectiõe. 2. licèt prædicta decisio procedat in impediméto iuris:in quo tollẽdo nulla sit culpa,nec negligẽtia:vt Feli. & Gomeci:tradidere atq; Balb. post glo.in d.c.quia diuersitatẽ.At tamẽ illud sit huic quæstioni maximè cõmodũ,quòd culpa in eo casu minime imputatur ad euẽtum,postea sequutũ:quia ea fuit admodũ remota, & mediata: sicuti Abbas explicat:tametsi non examinet in specie quæstionem istam de ebrio occidente,an sit irregularis quoties ipse culpam in ebrietate cõtraxerit.

Postremò est illud ad hãc rẽ obseruandũ,quòd culpa præcedẽs ipsam ebrietatẽ non solùm est remota,& mediata,atq; ideo, nec per se, nec per accidẽs inducẽs voluntariũ homicidiũ,aut volitionẽ ad illud:sed & præterea nõ est ad homicidij euẽtũ periculosa.secundũ ea,quæ diximus huius operis parte.2.§.4. nu.1. ex quib⁹ cõsequitur hac in quæstione respõdendũ fore,non cõtrahi ab ebrio irregularitatẽ ob homicidiũ cõmissum durãte ebrietate,cui ipse causam ex propria culpa dederit.

Posset quidem vera censeri prior opinio Cardi.& aliorũ:vbi ebrius cõsueuisset in ebrietate arma sumere,& homines percutere,atq; offendere. etenim tunc ipse ebrius per ipsam potionẽ immoderatam operam dat rei illicitæ,& ad occisionẽ ex his,quæ solent accidere, periculosæ:idcirco irregularis erit secundum ea,quæ in dict.§.4.latius scripsimus.& in specie ista notat Soci. in dict.cap.ad audientiam.nu.15.

Hinc deducitur qualiter sit accipiẽdũ q̃ scribit Aristoteles.lib.3.Ethicor.cap.5.vnde,inquit, ebrijs duplices pœnæ institutæ sunt.Nã,vt inibi Eustratius tradit,Pittacus vnus è septẽ Græciæ sapiẽtibus ebrio delinquẽti duplicẽ pœnã infligendã esse constituit.Alterã propter ebrietatẽ: alteram propter crimẽ in ebrietatẽ cõmissum.Vtrq; verò pœna propriè ratione ebrietatis infligitur:siquidẽ secũda pœna adiscitur ob circunstantiã ex delicto in ebrietate cõmisso prouenientẽ:quæ circunstantia ipsam ebrietatem aggrauat:vt ex diuo Bonauentura adnotauimus. Ex his intelligenda sunt quæ scribit Ioan.Damascenus lib.2.⁹de fide orthod. cap. 24.asseuerans, ebrium minimè excussari ex ignorantia,nec ex ratione inuoluntarij, si eius culpa ebrietatem præcesserit.Est enim, inquit,crimẽ ab ebrio commissum ex ignorantia quidem: non tamen inuoluntariè.

¶De infante itidem hęc constitutio apertissimè statuit,eum non esse irregularem,si hominem occiderit.Cuius decisionis ratio est manifesta:quia hic non habet rationis vsum:& ideo non imputatur ei homicidiũ adhuc ad irregularitatem. vnde constat, homicidium priuatum nusquam imputari ad irregularitatem



laritatem,nisi aliqua culpa homicidij præcesserit: quẽadmodum non semel in hac Relectione admonuimus. At in homicidio publica authoritate cõmisso satis est sufficiẽs ipsa occidendi voluntas, animusq; in ipsam occisionẽ, licèt iustam destinatus.quòd sensit Panor.in cap. 1.de delict.pueror.quo in loco Hostien.existimauit,infantem irregularem esse,si etiam nondum doli capax aliquem occiderit.cuius opinio reprobatur per hanc constitutionẽ, & meritò:cùm infans nullum habeat intellectum, nec vsum rationis ad discernendum id, quod agit l.infans.ff.de sicar.l.1.C.de falsa monet.l.1.C.si aduers.delict.notat glo. hic verb. infans. Card. post alios. 1. opposit.qua ratione infans nec pœna criminali,nec alia pro delicto punitur:sicuti explicant omnes in dic. l.infans Angel. de maleficijs. verb. scienter,& dolosè.Bonifacius in rubri.de homicidio.in tract. de maleficijs. etenim cùm in hoc homicidio non adsit voluntas occidendi: nec detur culpa aliqua, homicidij causam inducens:sequitur non posse iure irregularitatem constitui.est tamen hæc constitutio intelligẽda nisi infans esset doli capax.tũc enim propter culpam vtcũq; homicidio præuiam esset irregularis:& deinde quia ratione doli voluntarius fuit homicida.sic sanè hanc cõstitutionem intellexere Ioann. Andr. & Abb.in dict.ca.1.de delict. pueror. Hippol. in.l.si quis te. C. de sicar. Gonsalus à Villadiego de irregularit.capit.de percussore. col.12.Ludo.Carreri. in pract.tit.de homicidio. §.6.num.3. Hippo.in dict.l.infans.& in singulari.628.& Soci.in dic. c. ad audientiam.num.12.optimus text. ad hoc in.l. impuberem.ff. de furt. tradit Deci.in.l.pupillum. & in. l. ferè. ff. de regul.iur hinc sequitur, maiorẽ infante non esse irregularem,si contigerit ei hominem occidere, modò non sit eo tempore doli capax & si puer sit:secundum glo. in hac Clem.verbo,infans.quam sequuntur Doct.hic communiter,præsertim Ancha. Bonifa. & Imola. quorum opinionem defendit,asseuerãs communem esse, Gonsalus noster in dict.cap.de percussore.colũ.12.& Ioan.Igneus in.l.1.§.impubes. num. 18.ff. ad Syllania. eãdem opinionem tenet Soci.in dict. capit. ad audientiam.nu.12.de homicidio.

Quis autem dicatur doli capax,iudex prouidus, & discretus ex signis,ac varijs circunstantijs arbitrabitur: quod & nos ostendimus in epitome ad.4.lib.decret.2.parte, capit.5. Illud verò non est prętermittendum, quòd puer doli capax delinquens in ætate minori nõ est puniendus pœna ordinaria criminis, sed extraordinem arbitrio iudicis. tex.in.l.auxilium.§.in delictis.ff. de minori.l.diuus.ff.de termin. amor. gloss.in.l.3. C. de infamib. & in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infamia. textus optimus,vbi glos.& Doctor.in capit.1.

de delict.puero. notant Deci. in. l. ferè. ff. de regul.iur. Bald.in.l. & si seuerior.C.de infami.gloss. in capi. 1.de senten.excommu. & ibi doct. Card.in cap.2.de delict. puero. Ludo.Carrari.in dict.§.6.num.4.Thomas Grammati.decisi.23.Deci. consilio.535.est ad hanc rem pulchra regia lex 8.tit.31.parti.7. quæ cõstituit, minoribus intra decimũ septimũ annum delinquentibus minuendam forè pœnã ordinariam. Hoc ipsum obtinet adhuc post maiorẽ, & perfectam ætatem, si crimen fuerit intra minorem ætatem commissum. non enim est inspiciendũ tempus punitionis, sed commissi criminis. glos. notabi. in. l. sciant. C. de legit. hæredibus. quam inibi Docto. probant. & Hippoly. in dicta. l. infans. & idem in. l. de minore. in principi. num. 62. ff. de quæstioni. & in. l. si quis te. C. de sicarijs. Ludo. Carreri. in dict. §. 6. nume. 8. quibus suffragatur text. in cap. vlt. de sentent. excommu. vbi Panormi. idem insinuat iurisconsultus in. l. 1. ff. de pœnis. & ibi Bart. idem Bart. in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. nu. 48. Ludo. Roma. in singula. 574. Abb. in consi. 56. lib. 2. satis tamen est ad irregularitatem contrahendam, quòd maior infante hominem occiderit, modò sit doli capax: quemadmodum omnes fatentur in huius constitutionis commentarijs.

¶ Subsequitur statim in hac constitutione, dormientem ipsius homicidij tempore, nempè quia dormiens aliquem occiderit, minimè fore irregularem: quia is intellectu, & ratiõe caret, ac furioso similis est: 6 cap. merito. capit. sanè. 15. quæst. 1. capit. maioris. §. item quæritur. de baptismo. l. si seruus seruum. §. si fornicarius. vbi Floria. ff. ad leg. Aquil. qua ratione dormientis delictum minimè punitur: nisi eo casu, quo ipse vigilans satis cognitum habebat, quod dormiens arma capiebat, & homines persequebatur. tunc enim si non adhibuit diligentiam, quam debuit in præcauendo, nè dormiens alicui noceret, profectò puniendus erit, licèt non pœna ordinaria: vt notat Ancharra. & Cardi. hic Alexand. column. 2. & Iason post Roma. & alios in. l. 1. §. adipiscimur. ff. de acquirend. posses. Barto. in. l. penult. ff. de parricidijs. Hippolyt. in. l. 1. 10. limitatione. ff. de sicar. Bonifacius in tracta. de maleficijs. rubr. de insultis, & percuss. Docto. in. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. Ludouic. Carreri. in practi. criminali, rub. de homicid. §. 6. numer. 25. quorum opinio cõmunis est, & inducit optimum intellectum huius constitutionis: siquidem & in hoc casu erit irregularitas planè contracta: vt notat optimè Maria. Socin. in dicto capit. ad audientiam. numero. 14. & idem sensere Cardina. Ancharra. & Docto. hic. potest autem contingere, vt quis vigilans adeò irascatur vehementer contra alium, vt illum occidere conatus fuerit aut optauerit, licèt efficere nõ potuerit: & hac occisio-



occisionis cupiditate affectus dormiat, & postea plenè soporatus somniet ea, quæ in vigilia acciderunt, & ab hac phantasia motus surgat adhuc dormiens, & capiat ensem, atque accedat ad lectum, in quo alius dormit, & illum occidat. quidam etenim censent, hunc irregularem esse: quod visum est Paluda. in 4. sentent. distinct. 32. quæst. 1. artic. 3. quia ex illa vehemẽti occidendi cupiditate aucta est imaginatio sensus, & creuit appetit⁹ sensualitatis: quæ omnia cum maneant in dormiente, possunt tunc membra ad opera illa exteriora exercenda mouere. huic verò euentui constat, causam dedisse ipsum homicidam in vigilia: igitur ipse irregularis est. sed Docto. communiter in hac constitutione contrarium verius esse opinãtur: vt fatetur eos sequutus Gonsalus à Villadiego de irregularit. capitul. de percussore. column. 13. eandem sententiam sequuntur Maria. Socin. in dict. capit. ad audientiam. de homici. numer. 14. & Alfonsus à Castro libr. 2. de potest. legis pœnal. capi. 14. versi. prima principalis conclusio. quibus accedit, quòd homicidium commissum ab ebrio, qui causam dedit ebrietati, non efficiat eum irregularem, secũdum ea quæ paulò antè diximus. præter quæ facit ad hoc quòd ira præcedens in vigilia est causa non omnino certa, nec semper efficiens imaginationis postmodum sequutæ: ab ea verò imaginatiõe processit actus ille occisionis exterior: idcirco ita contingens in vigilia est admodum remota causa: & ideo non est sufficiens ad irregularitatẽ. sic & pollutio nocturna dormientis, & somniantis per se peccatum non est, nec mortale, nec veniale: omne etenim peccatũ depẽdet ex iudicio rationis: quia etiam primus motus sensualitatis 7 non est peccatum, nisi inquantum iudicio rationis reprimi potest. igitur sublato iudicio rationis, tollitur ratio peccati. in dormiẽte autẽ ratio non habet liberũ arbitriũ, nec iudicium: idcirco quod agit homo dormiens, qui non habet liberum iudicium rationis, non imputatur ei ad culpã: sicut nec illud, quod agit furiosus, aut amens. Hęc S. Tho. in. 2. 2. quæstio. 154. arti. 5. qui de pollutione nocturna tractans scribit, eam non esse peccatum per se, nec mortale, nec veniale, quanuis procedit ab ingluuie, aut à praua vigilantis cogitatione: quia dormientis actus est. Erit tamen, ac poterit esse nocturna pollutio peccatum vel mortale, vel veniale per rationem ad suam causam, à qua processit: quia rationem habet culpæ ex parte causæ. quod S. Thom. explicat in dict. art. 5. & in 3. part. quæst. 80. articul. 7. Ioann. Maior in quarto sentent. distin. 9. quæstio. 2. post Thomam ibi quæstione. 4. & Paluda. quæstio. 3. Florent. 3. part. titu. 15. c. 6. §. 10. & theologi cõiter. quibus suffragatur text. & ibi glo. elegans. verb. rea. atq; ibi Docto. in cap. testamentum. 6. dist. ex diuo

Gregorio capi.11. interrogationum Augustini. atq; ideo propter hanc rationem culpæ, quam habet dormientis pollutio quo ad eius cãm, debet abstinere sacerdos eo die à celebrat. missa. quoties culpa est mortalis: idq; necessariò: ex consilio aũt vbi causa fuit culpæ venialis secundum Thom. in. d. art. 7. Floren. in. d. l. 10. Palud. in. 4. sent. dist. 9. q. 3. & ibi Thomam. q. 4. Syluest. verbo, eucharistia. 3. q. 10. tex. celebris in. d. c. testamentũ. vbi gl. verb. Humiliter. indistinctè non est intelligenda, sed relata ad ipsum text. sentit, ratione pollutionis nocturnæ à veniali culpa procedentis abstinendũ esse à communione, cõsilio quidẽ, nõ præcepto. addit tamẽ Palud. in. d. q. 3. quẽ Syluester sequitur: & probare conatur Io. Maior in. d. q. 2. non esse mortale crimẽ, celebrare, ac cõicare post pollutionem nocturnã contingentem ratione causæ, quæ mortalẽ culpam habeat: etiam intra decem horas, modò præmittatur cõmunioni contritio, & confessio illius mortalis culpæ, & pollutionis ex ea secutæ. quasi nullibi sit hoc præceptũ: siquidem Gregorij responsio pertineat ad consilium reuerentiæ, non ad præceptũ necessitatis. horũ autẽ opinio mihi non placet, nec est probanda: cùm ex ea sequeretur posse sacerdotem, qui nocte præterita dormierit cum fœmina, statim celebrare præmissa cõfessione, & cõtritiõe: quod impium censeri solet, & iure censetur. & fortassis cùm ante pollutionẽ pœniteret quis eius culpę, à qua ea procedit: posset admitti opinio Paluda. & aliorũ. imo adhuc in hac specie ipse admonerẽ, vt quis, si cõmodè fieri posset, abstineret eo die à cõione propter honorem, qui maximè debitus est sacrosanctę eucharistiæ sacramẽto. Nam & Theodorus Archiepiscopus Cantuariensis, qui testibus Beda libr. 5. Hist. Angli. & Rhenano in argumento in librũ Tertulliani de pœnitẽtia. constitutiones edidit ad modos obseruãdos, quibus expurgarẽtur pctã: idq; opus pœnitẽtiale Theodori à Gratiano, & alijs nuncupatur: pœnitentiã indixit ei, qui in somnis pollut⁹ absq; vlla ei⁹ culpa fuisset: sicuti Burchardus tradit lib. 17. c. 40. & 41. Eundẽq; æquum esse, vt eo die à cõione abstineat, admonet Iustin⁹ Martyr, si eius est id opusculũ. de quæstiõibus à Gentibus Christianis positis. q. 21. Et Iosephus lib. 17. antiquit. c. 8. scribit, Matthiam sacerdotem Hierosolymis die quadã solenni sacrificio abstinuisse, quod noctè proxima in somnijs cum vxore cõmercium carnale habere visus fuerit.

Igitur sicut nocturna pollutio per se peccatũ nõ est, nisi per rationem ad suã causam, quæ frequentissimè solet pollutiõis euentũ efficere, atq; ideo imputatur: ita homicidiũ dormiẽtis, qui in vigilia animũ habuit occidẽdi, per se peccatũ nõ est, nec imputatur: ratione autem causæ itidem imputari nõ debet: quia ea est admodũ remota, & quæ non solet hos effectus producere, quã obrem opinio communis, quo ad intellectũ huius constitutionis, verior est.

¶Hac verò in parte adnotare libet actũ dormiẽtis non esse peccatum per se, nisi ad rationem causæ, à qua processit, quoties quis somno vtitur, vt vinculo naturali liberi iudicij & arbitrij. At si qs somno vtatur, vt instrumẽto liberę malitiæ ad exequutionẽ mali ab ipso vigilãti deliberati: ita vt per somnũ vt instrumẽtum exequatur scelus præcogitatũ: tũc actus contingẽs in sommo peccatum est eo modo, quo actus exterior in exequutione est peccatũ. Peccatũ enim incipitur in vigilia, & cõsummatur per instrumentũ somni exequutiuè. Hoc aũt peccatum per accidẽs est ratione exequutionis in vigilia imperatæ. quẽadmodũ elegãter docet Caie. 2. 2. q. 154. artic. 5. ex hoc deducẽs, nocturnã dormientis pollutionẽ esse peccatum, vbi quis data opera ideo sic dormit, vt polluatur. Eodem modo qui ita irascetur in vigilia, & demum somno dat operam, vt aliquem occidat, vel offendat dormiẽs, profectò erit homicidij, & offensiõis reus: atq; ideo puniẽdus vt homicida dolosus: sicuti vult in hac specie Bonifaci. in tracta. de maleficijs. rub. de insulta. & percuss. ad fin. quẽ sequitur Ludoui. Carreri. in dict. §. 6. nu. 25. quæ quidem sentẽtia maximè probatur ex ratione Cardi. Caietani. vnde in eo casu nõ obtinet huius cõstitutionis decisio. quia irregularis esset qui sic dormiẽs hominem occideret. q̃ superius de ebrio etiã probauimus: Sed & dormiẽtes moueri, & ea quã doq; facere, quæ fieri solent à vigilantibus, testis est Aristoteles in lib. de somno, & vigilia.

¶Deinde constat ex priori huius cõstitutionis parte, quo ad irregularitatem mutilationem mẽbri alicuius homicidio cõparari, & æquipollere, vt quemadmodum hominem
8 occidens dubio procul irregularis est, ita & irregularis erit, qui hominem mẽbro mutilauerit. idẽ probatur in ca. 1. de cleri. pugnanti. in duello. ca. in archiepiscopatu. de raptori capit. clericus. nè cleri. vel mona. & alijs in locis, quorũ meminit gloss. hic, quæ singularis est in hoc secundum Angel. verb. homicidium. 5. q. 3. & Syluest. verb. Homicidium. 5. q. 3. ad cuius rei cognitionẽ oportet examinare quod dicatur membrum. Bart. etenim in. l. publicorũ. numer. 13. ff. de pub. iudic. vbi Imol. & Doct. illa propriè dici membra censent, quibus diuerso, & proprio officio corpus mouetur, aut iuuatur: vt oculo, visu: pedibus, ad progressum: auribus, ad auditũ: manibus, ad palpatum: naribus, ad odoratũ: lingua, ad sermonẽ. idem Baldus asserit in capi. 1. de noua forma fidelit. numero. 5. quod satis constat authoritate Aristotelis libr. 1. de partib. animalium. capit. 5. & libr. quarto Meteororum capit. vltim. optimus text. apud iurisconsultos in l. idem Offilius. ff. de AEdilit. edi.

edi.& in.l.non ſunt liberi.ff. de ſtatu homi.Membrum enim corporis particula eſt, quæ nec omnino circunſcriptionem habet propriam, nec omnino aliſs cõiuncta eſt:ſecũdum Galenũ,quem citat Ludouic. Cœlius lib.lect.antiq.2.capi. 21. Diuus Paulus.1.ad Corinth.ca. 12. idẽ inſinuat dicens,membra in corpore diſtinctam operationem habere. idem Apoſtolus ad Roma. capit.12. Omnia autem membra, inquit,nõ eundem actum habẽt. Hoc ipſum omnes planè fatentur,quorum ſtatim mentionẽ in hac quæſtione faciemus.igitur abſciſſio mẽbri tunc fieri dicitur,cùm corpus mutilatur & membri proprium officium impeditur:vt notat Bald. in.l.ſerui fugitiui.ad finem.C.de ſeruis fugiti. ſic ex eodem Barto.in.d.l. publicorum. apparet, in humano corpore quaſdam partes eſſe, quæ propriè membra non ſunt,membris tamen opem ferunt,vt digitus manui:dẽs linguæ,& gutturi.aliæ verò partes ſunt, quæ decorem tãtùm corpori humano inducũt,vt barba,viri mẽto: coma,capiti: auricula,auri. aliæ item membrorum officia,& ornatus ſunt,non mẽbra, ſecũdum Bar. & cõcm.quidam tamen has partes indiſtinctè membra appellãt. Nam Cicero libr.3. de finibus bonor. & malor. partem quãlibet corporis, etiã quę corpori peculiare,& diſtinctum non præſtat obſequiũ,membrũ eſſe dicit.mẽbrorum,inquit, id eſt partiũ corporis,alia videtur propter eorum vſum à natura eſſe donata: vt manus,crura,pedes: vt ea, quæ ſunt intus in corpore,quorum vtilitas quãta ſit,à medicis etiam diſputatur.alia autem nullam ob vtilitatem, quaſi ad quẽdam ornatum vt cauda pauoni,plumæ verſicolores colũbis,viris mãmæ,atq; barba, Hæc Cicero.Ex vera tamen, ac propria mẽbri cognitione,aliquot hoc in loco ſpeciatim inferam.

Primùm:non eſſe mẽbri abſciſsionem:cùm auricula ſcinditur,& amputatur,ſiquidem auris membrum eũ propriè,illa autẽ cartilago, quæ circa aurem eſt, & auricula dicitur, potiùs ad ornatũ auris, & membri tutelã,quàm ad peculiare corporis obſequiũ pertinet,& ideo mẽbrum non eſt, nec eius abſciſsio efficeret quem irregularem.quod Bal.ſenſit, dũ.in.d.l.ſerui fugitiui.ad fin. ſcribit,tũc tantùm dici membri abſciſsionem,cùm corpus mutilatur, & membri proprium officium impeditur in totum.Abſciſsio autem auriculæ,& cartilaginis parum impedit auris officium:nec enim fit auris vis quo ad auditum debilior: idcirco mẽbri abſciſsio non eſt.cui ſententiæ ſuffragatur ratio tex. in dic.l. idem Offilius.ff. de AEdilit. edict.

Secundò, dubium ex his videtur quod ſcribit Bald.in. l. data opera. num.75.C.qui accuſ.nõ poſſunt. dicens. mãmillã in fœminis mẽbrum eſſe. Etenim ea opinio vera eſt quo ad ſignificationem latam,non quo ad ſtrictam,& propriam. Nec eſſet irregularis qui mãmillam fœminæ abſcinderet, vt ipſe opinor:tametſi ſciã,hoc dubiũ quibuſdã viſum iri.

Tertiò ab eadem radice procedit, non omnino certum eſſe quod Caiet.docet.2.2.q.65.artic.1. exiſtimans, abſciſsionẽ digiti efficere irregularem ipſum abſcindentem: quia digitus ſit membrum. cuius contrarium conſtat ex Barto.in dict.l. publicorum.Imola,& aliſs ibidem aſſerentibus, digitum non eſſe membrum.idem tenuerũt Bald.in dict. ca.1. de noua forma fidelitat. nu. 5. Felin.in ca.ego.N.de iureiuran. col. 2.& idem in capit.cum illorum. de ſenten.excom.Anto.Rube. cõſi. 83. Chaſſanæus in cõſuet.Burgũd. rubr.1.§.5.verſ. per hoc idẽ notãt Gardi. & oẽs in hac Clem. Gonſalus à Villadiego de irregula.c. de percuſſore.col.1.& Doct.in ca.1. qui cleri. vel vouentes. quorum opinio aduerſus Caiet.communis eſt.cui patrocinatur tex.in dict.l. non ſunt liberi.& in dict.l.idem Offilius.

Quartò proximè deducitur,non eſſe eũ irregularẽ,qui alteri eos abſciderit digitos,ſine quibus ipſe mutilus ſacerdos eſſe non poteſt:nempè tres digitos ad cõſecrationẽ neceſſarios propter honeſtatem. Nam qui hos digitos nõ habet,irregularis eſt ob defectum maximũ eius partis quę neceſſaria eſt ad honeſtè,& decorè celebrandũ.qui verò eam partem abſciderit. non habet eam deformitatem,nec defectũ:nec membrum abſcidit: & ideò irregularis non eſt. Hanc concluſionem proponimus aduerſus Bonifa. hic col. 6.Anani.in ca.cùm ex iniuncto. de hæret.col.4.& Sylueſt. verb. homicidium.3.q.3.par.3.qui conãtur probare,percuſſorem irregularem eſſe, quoties ex percuſsiõe percuſſus manet irregularis, aut non poteſt eſſe ſacerdos.Imò Caieta. in dict. q. 65. art.1.faciliùs exiſtimat,contrahi irregularitatẽ à mutilante,quàm à mutilato.Siquidẽ ſecũdũ eum qui mutilat digitum alteri, eſt irregularis: non tamẽ ſemper eſt irregularis qui ipſius digiti mutilationẽ paſſus eſt. quod conſtat ex his, quæ diximus de corpore vitiatis in prima huius operis parte.Et tamen hãc opi. Caie.quo ad eius argumẽtationem minimè probamus.Nam qui alteri digitũ abſciderit, irregularis non eſt: quia mẽbrum non abſcidit.is verò qui pollicem abſciſſum habet,impeditur miniſtrare in altari & ſacris ordinibus inſigniri, ob deformitatẽ, & defectum digitorum.

Quintò hinc poterit expẽdi, an is irregularis ſit, qui licèt mẽbrum alteri nõ abſciderit, tamen id mẽbrum debile ex vulnere,ac percuſsiõe reddiderit? Et Panor.in.c.cũ illorũ.de ſent.excom.ſcribit, hunc irregularem eſſe:& id deducit ex hac conſtitutione quaſi Romanus Pontifex hic vt diuerſa ſubiecerit mutilationem,& detruncationem,vt mutilatio pertineat ad vulnus,quod efficit membrum debile, detruncatio verò ad percuſsionem, quæ omnino mem-

mẽbrum abſciderit.idẽ notãt Sylueſter.verb.Homicidium.3. quæſti. 3.& Angelus,verbo, Homicidium. 5.quæſt.5.ego verò ſatis manifeſtum eſſe opinor,in hac cõſtitutione non probari hanc inductionem Panormit.cùm in ea tantùm mentio fiat mutilationis,non autem detruncationis.& præterea Felin.in dict.cap cùm illorum,aſſerit,nu.12.idem eſſe detruncationem, & mutilationem.hoc ipſum probat glo.vbi Panormita.in cap.accuſaſti.de accuſa. verb.debilitatus. quæ ſenſit, mutilum dici,cui mẽbrum aliquod fuerit omnino abſciſſum.Sic apud latinæ linguæ authores mancus dicitur,qui membrum habet debile,& aridum. Mutilus autem,cui membrum eſt abſciſſum. Atq; ideo frequentiori doctorum ſententia obtentũ eſt,nõ eſſe irregularem eum, qui alterum mancum percuſsione effecerit:ſicuti notant Calde. Abb. Cardin.& Præpoſit.in ca.1.qui cleri. vel vouent. Card.hic.q.31. Gonſalus à Villadiego de irregularit.ca. de percuſſore.colũ.1.& Stephanus Aufreri. in capella Toloſana. 207. quorum ſententiam opinor cõmunem eſſe,& procedere,etiã ſi membrũ corpori adhærẽs omnino inutile ſit.Etenim adhuc hoc in caſu nulla afficitur percuſſor irregularitate. quidquid Sylueſt.contrarium tenere conetur in dict.§.3.verſ. tertium. Hæc autem diximus ad veram huius cõſtitutionis interpretationem: quo faciliùs percipiamus, quid velit hæc conſtitutio,dum mutilationem ſimilẽ eſſe vult occiſioni quo ad irregularitatem.Nam poſt gloſ. hic doctores varias hac in re quæſtiones tradidere, ex quibus has, quas modò expoſuimus,elegimus: reliquas lector facillimè obuias habebit:eaſq; contingentibus caſibus iuxta prænotatam reſolutionem aptare commodè poterit.

## Ex.§.Sequenti.

1 *Defenſio iure naturali, diuino, & humano licita eſt : nec imputatur homicidium ex ea.*

2 *Irregularis non eſt qui aggreſſorem occiderit ad defenſionem, nè membro aliquo mutiletur.*

3 *Exceſſus defenſionis non punitur pœna ordinaria,licèt irregularem efficiat ipſum homicidam.*

4 *Irregularis eſt qui poterat mortem fuga vitare,& occiderit aggreſſorem.*

5 *Irregularis an ſit, qui ad alterius defenſionem hominem occiderit?*

6 *Homicidium commiſsum ad rerum defenſionem,an efficiat quem irregularem?quod latè diſputatur,ſimul & an liceat occidere furem aut raptorem ad defenſionem rerum.*

## §.Vnicus.

Vius conſtitutionis pars ſecũda, & quæ vltima eſt, definiuit nullam contrahi irregularitatẽ ab eo,qui ad eius neceſſariam defenſionem ſuũ occidit inuaſorẽ.qua quidem deciſione ſopita eſt veterum hac de re controuerſia:ſiquidẽ ante hanc conſtitutionem quidam contrarium tenuere,cenſentes hunc homicidã irregularẽ eſſe. quorũ meminit gl.in.c.ſicut dignũ.verb. cõſiliũ.iſt.titu.& in.c. de his.50.diſtin. ſic&.S.Thom.2.2. q. 64. art. 7. ante hanc cõſtitutionẽ aſſeruit, irregularem eſſe eũ, qui ad eius propriam ac neceſſariã defenſionem,inuaſorẽ aut aggreſſorem occiderit.



Horum autem opinio eſt hodie antiquata,omninoq; per hanc conſtitutionem ſublata: cùm occidens inuaſorẽ aliter mortẽ vitare nõ valẽs irregularis nõ ſit,nec quo ad ſuſcipiẽdos,nec quo ad ſuſceptos ordines. cui⁹ canonis ea eſt rõ, quòd ad irregularitatẽ contrahendũ propter homicidiũ priuatũ neceſſaria ſit culpa homicidii ſaltẽ aliqua : ſicuti ſuperius non ſemel à nobis reſponſum eſt.Is verò qui ad neceſſariam vitæ defenſionẽ aliquem occiderit, nullam culpam homicidii contrahit:ergo nec irregularis erit, quippe qui priuatum homicidium abſq; aliqua culpa commiſerit.Naturali etenim ratione vnicuiq; per-
1 miſſum eſt, ſeipſum ab aggreſſore defendere.l.vt vim.ff.de iuſti. & iure. vbi Accurſius non conſiderans, hãc defenſionẽ iure naturali permiſſam eſſe,addit,iuriſcõſultũ intelligẽdũ fore iure fori,nõ cœli : quain re refellitur per Pau. Caſtren.Fortun. & alios. Nõ enim patitur humana cognitio iuris naturalis non ignara, quicquã naturali ratione permitti, quod apud Deũ. q ipſamet natura eſt,non ſit idẽ permiſsũ. Atq; ita S. Thom.in.d.arti.7.inquit.Nec enim eſt neceſſariũ ad ſalutẽ,vt quis actũ moderatæ tutelæ prętermittat ad euitandã occiſionem alterius : quia plus tenetur homo vitæ ſuæ prouidere, quam vitæ alterius.idcirco apud theologos hæc eſt receptiſsima ſententia,quam tradit, & explicat Domi.Soto,libro.5.De iuſti. & iur.quæſt.1.artic.8. Cui ſuffragatur quod Cicero pro Milone ſcribit.Eſt enim hæc iudices non ſcripta, ſed nata lex:quam non didicimus accepimus,legimus:verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſsimus:ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti,ſed imbuti ſumus: vt ſi vita noſtra in aliquas inſidias,ſi in vim, in tela aut latronum, aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis. ſilent enim leges inter arma : nec ſe ſpectari iubent:cùm ei,qui ſpectare velit, antè iniuſta pœna luenda ſit, quàm iuſta repetenda.Hæc Cicero. idem probatur in capit.ſignificaſti. 2.de homicid.capit. dilecto. de ſentent.excom.l.1.§.vim vi. & in.l.3. §. cum igitur. ff. de vi & vi armat.l.1. §.cum arietes.ff.ſi quadrup. paupe. feciſ.dicat.tradidere multa Bart. & Doct.in dict.l. vt vim.l. ſcientiam. §.qui cum aliter.ff.ad legem Aquiliam.l.is qui aggreſſorẽ. &.l.ſi quis percuſſorem. C.de ſicariis. notant

Ange. de Malef. in gl. & dictus Titius se defendẽdo. Hip. in. l. 1. 9. limi. ff. de sicar. Ludoui. Carrer. in pract. crimi. tit de homicid. §. 6. nume. 26. ex quibus aliquot hac in parte repetam ad huius constitutionis interpretationem. Illud sanè premittens, posse inuasum, & si diligenter animi consciẽtiam examinauerit, eaq; fecerit, quæ ad salutem spiritalem sunt à fidelibus agenda, occidere inuasorẽ, quẽ scit esse in peccato mortali ob illam inuasionem: quod verum esse manifestè cõstat ex prænotatis: & tradit Domini. Soto in dic. art. 8. licèt contrarium falsò responderint Gerson in tract. de Eucharistia. Abulens. Matthæi. capi. 5. qõ. 109. & Gonsalus à Villadiego, de irregularita. capitu. de percussore. Horum enim opinio falsa est: quam & Ioan. Maior reprobat in. 4. sentent. distin. 15. quæst. 20.

Primò ex his infertur, non esse irregularem eum, qui alium occiderit, non tantùm ad defensionem necessariam propriæ vitæ: sed & si se defendat ab alicuius membri mutilatione: quod in specie notat Cardin. hic, & Sylvest. verb. Homicidium. 3. q. 4. cùm mors, & mutilatio membri æquipollentia sint hoc in tractatu. & quãuis Gonsal. à Villadie. de irregularitat. ca. de percussore. colũ. 14. discedat ab hoc intellectu Cardi. profectò verior est hæc interpretatio: quippe quæ descendat ab ea naturali defensione, quæ iure diuino, ac ipsius naturæ instituto licita fuit & est. Potest enim cõtingere, quòd ex abscissione membri mors sequatur: & ideo qui defendẽs seipsum ab abscissiõe membri aggressorem occiderit, puniendus non est, nec irregularis censetur: cùm ei licitum sit propriam propulsare iniuriam, modò non excedatur moderamen culpatę tutelę. Nam hic excessus defensionem ipsam culpabilem, ac punibilem reddit: quemadmodũ constat in. l. 1. C. vnde ui. & in capi. vt fame. §. vlt. de sent. excõ. c. significasti. in. 2. vbi gl. & Doct. ist. tit. qui text. probat irregularem esse, qui modũ excesserit in defensione. Idemq; in hac cõstitutione apparet, dũ dicit: mortẽ aliter vitare nõ valẽs: tametsi quo ad alias pœnas semper sit remittenda pœnæ ordinarię pars propter defensionem ab aggressione, etiam si modus defensiõis excedatur. text. optim. in. l. si adulterium cum incestu. §. imperatores. ff. de adul. quẽ dixit singu. Ias. in. d. l. vt vim. col. 3. Io. Baptista de S. Seuerino in tracta. de debit. susp. & fugit. col. 1. Areti. cõs. 43. col. 3. cõmendarũt eandẽ conclusionem Ant. & Abb. in cap. olim. 1. de restit. spolia. col. 7. Deci. in. d. l. vt vim. Abb. & Rauen. in. c. 1. de iniur. Felin. in. d. c. significasti. col. vlt. Hippo. in. l. 2. num. 15. C. ad legem Cornel. de sicar. in singu. 100. hoc ipsum probat text. elegans in capit. significauit. de pœnitẽ. & remiss. cuius ad idem meminere Felin. in capi. dilecti. de exceptioni. col. penult. & Bologninus cõsi. 37. col. 2. est & ad hoc glo.



glos. in summa. 23. q. 1. & est cõmunis opinio, vt fatetur Ludo. Carrer. in pract. crimi. tit. de homicidio. §. 6. num. 153. quibus omnibus libentissimè adiiciam. l. 58. & 59. styli. & Alexan. idem tractantem consil. 119. num. 12. lib. 7. Thomam. Grammat. decis. 5. & decis. 23. & 98. ex quibus aliquot hoc in loco libet inferre, quo aliquãtulum pateat, quanam ratione sit cõsideranda hæc propię vitæ defensio, nè tutelæ moderatæ modum excedamus, saltẽ quo ad pœnã irregularitatis, aliamque, quæ non sit criminis ordinaria. idcirco primæ illationi & secũdæ subiicio.

Secundò hinc, deducitur, quid dicendum sit de illo, qui sibi insidiantem interfecerit? Nam glos. in capi. 3. de homicid. verb. secularibus. respondit, hoc homicidium non esse imputandum occidenti. quam opinionem probare videntur Docto. ibi. Bal. in. l. multis. C. de liber. caui. idẽ in. l. lege. ff. de locat. gl. in. l. 1. C. vnde vi. quod latè examinant, quo ad pœnas temporales; Iason in dic. l. vt vim. nume. 9. Angelus in dict. gl. & dictus Titius. Hippo. in sing. 640. Ludo. Carreri. in dict. §. 6. num. 92. ex quorũ dictis resolutionẽ ipse colligo, esse hac in quæstione considerãdum mortis periculum ex alterius insidiis imminens ipsi occidẽti vt tandẽ ex hoc deprehendamus, quota pœnæ pars sit ei remittenda: vel an omnino sit ab ipsa pœna liber: deniq; à culpa; quo possimus etiam iudicare an sit hic censendus irregularis. Atq; ita intelligẽda sunt quæ Barto. notat in dict. l. 1. C. vnde vi. & Carreri. in dicto. §. 6. numer. 91. Bart. in. l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad. l. Aquil. illud itẽ Cicer. pro Milone: obliuisci non potestis iudices, insidiatorem iure interfici posse.

Tertiò apparet, eum esse irregularem qui percussorem ab eo fugientem occiderit. Etenim licèt hic non sit pœna ordinaria criminis puniẽdus, quod omnes ferè fatentur: attamen excessus hic necessariæ defensioni minimè fuiuẽdus irregularitatem inducit. Quod ipse colligo ex glos. in dic. c. 3. ist. tit. & Doct. hic & in. l. ibi. siquidem satis est ad irregularitatem non esse homicidium cõmissum ad necessariam occidẽtis defensionem: sicuti omnes fatentur, præsertim Cardi. hic. q. 26. licèt quo ad pœnas sanguinis, & alias temporales possit asseuerari, hoc homicidiũ non esse omnino puniendum pœna legis ordinaria.

Quartò deducitur ex his, an ille sit irregularis, qui poterat mortem vitare fugiendo, si omissa fuga inuasorem occiderit? & gl. i. hac Clem. Card. q. 26. post alios tenere, ac probare conantur, hunc esse irregularẽ: idem glo. & ibi Doctor. in cap. suscepimus. de homi. Panor. in cap. significasti. in. 2. eod. titu. idem in capit. 2. de vit. & honest. cleri. Sylvest. verb. excommunicatio. 6. q. 9. quasi clericis non sit ignominiosum fugere ab aggressore: sicut constat in d. c. suscepimus. & hæc est cõis opinio

nio maximã accipiẽs authoritatẽ ab huius cõstitutiõis secũda parte. quę tamen ita accipienda est, si fuga nõ sit periculosa. Nam si fuga periculũ induceret mortis proprię, vel ex eo, quod inimici instarent à tergo, vel quia ipse aggressor facili⁹ fugiẽtem sequutus, & ex fuga maiorem capiẽs audaciam, & animũ, ipsum occideret. hoc etenim in casu nõ teneretur cleric⁹ fugere, nec foret irregularis, si omissa fugæ tutela occideret aggressorem. ita quidẽ visum est Felino in dict. cap. suscepimus. Sylueſtro, verb. Homicidium. 1. q. 9. & verb. Homicidium. 3. q. 4. Hippo. cons. 25. num. 44. Cardi. in dict. quæstione. 26. idem sensere Abb. & Anania in dict. cap. suscepimus. quos sequitur Ludoui. Carreri. in d. §. 6. num. 131. Hanc distinctionem ipse verã esse censeo adhuc in ipsis clericis. Sed in eo, qui cùm esset laicus tempore aggressionis, poteratque fuga mortem effugere, & nihilominus aggressorẽ occiderit, maius dubium videtur. Laicus siquidem non tenetur fugere: quia fuga est ei ignominiosa: secundum ea, quæ notant Bartol. Salyce. Bald. & alii in dicta lege. prima. C. vnde vi. Imola & Cardi. hic. quorum opinionem asserunt communem esse Alex. in cons. 109. num. 4. lib. 1. Iason & Deti. in dict. l. vt vim. ad finem. & Ludouic. Carreri. in dict. §. 6. nu. 131. & probatur ex eo, quòd potest quis aggressorem occidere ad vitã dam iniuriam, quam vel alapa, vel fustibus sibi inferendam aliter vitare non poterat, vt notat post alios Alex. in consi. 119. lib. 7. Hippo. in. l. 1. 9. limit. ff. de sicar. & Ludoui. Carreri. in dict. §. 6. num. 94. Igitur poterit quis fugã ommittere, quæ sibi iniuriosa est, & aggressorem occidere. Hoc autem obtinet quo ad pœnam temporalem, & quo ad eius diminutionẽ. ac moderamẽ. Nam quo ad irregularitatem mihi verius videtur, quòd & laicus, cui ignominiosum esset fugere, homicidii culpam aliquam habeat, quæ etsi grauis non sit ratione honoris, nihilominus culpa est, quæ quo ad irregularitatem sufficit: præsertim quòd hæc cõstitutio tunc tantùm liberat ab irregularitate, cùm aliter mors vitari nõ potest. Quam ob rẽ etiam in laico opinamur communem sententiam gloss. & Doctor. hic veram esse: quemadmodum & ipsimet doctores explicant. Huic opinioni accedit quod in specie tradita per Alex. in dict. cons. 119. Carol. Molinæ. ibi existimat, esse illam defensionem immoderatam, & inhumanam, Barbaris potiùs, quàm viris ratione præditis, & religione christiana institutis conuenientem. & sanè præter ipsum ego considero, iniquam esse hanc commutationem, saltem non omnino æquam, quòd ob tutelam honoris proprii, vitam quis adimat alteri: præsertim ob honorem ad mores probos minimè pertinentem: nec reipublicæ vtilem, aut religioni catholicæ cõmodum



modum. quod poterit ex S. Thom. probari. secunda secundæ. quæstione. 131. articulo primo. Adhuc tamen dubius ipse sum hac in cõtrouersia ex his, quæ inferius à me tractabuntur, in quæstione de rebus defendendis.

Quintò hinc perpendi poterit huius constitutionis intellectus, quẽ glo. hic verb. suum. tradit scribens, non esse locum huic constitutioni, si quis occiderit aggressorẽ patris, fratris, alteriusve cognati, aliter mortem illius vitare non valens. Nam, vt inquit glos. hæc constitutio tantùm excipit ab irregularitate occidentem aggressorem suum, aliter mortem propriam effugere nõ valentem: idcirco non obtinebit in eo, qui alterius mortem impediens inuasorem occiderit. Huius gloss. opinionem sequuntur Docto. hic, maximè Cardina. quæstione. 28. dicens eam esse singularem. eandem sequuntur Abb. & alij in capi. si verò. in. 1. de sententia excommunicationis. columna vltima. idem Abb. in capit. clerici. in. 1. de vita & honesta. clericorum. Aufreri. in Clemẽt. 1. de offic. ord. regu. 3. Fallent. 5. Abb. in capit. olim. in. 1. de restitu. spoliat. nume. 18. Paul. de Castro in. l. 1. §. ius autem gentium. ff. de iusti. & iure. Iason in. l. vt vim. num. 30. ff. eo. titu. Socin. in capi. ad audientiam. de homi. nume. 36. Gonsalus à Villadiego in tract. de irregularit. capit. de percussore. col. 15. gloss. in summa. 23. q. 8. quorum sentẽtia communis est: & tamen ex pluribus difficultatem habet. Nam excommunicatus non est qui defendens consanguineum, clericum percusserit: sicut notant Innocent. Abb. Henric. columna. 2. Anchar. Felin. & alij in dicto capit. si verò. de sententia excommunicationis. imò idem erit de defendente extraneum: capit. non inferenda. & capit. fortitudo. 23. quæst. 3. capit. dilecto. de sententia excommunicationis. in. 6. gloss. optima in dicta summa. 23. quæstione. §. quibus in locis probatur, licitum esse cuiq; proximum, & vicinum, ac deniq; eadem ratione extraneum ab iniuria inferenda defendere. text. optimus in. l. deuotum. C. de metatis. libr. 12. capit. olim. in. 1. de restitut. spoliato. vbi Abb. idem Abb. Henric. & docto. communiter in dicto capitu. si verò. hoc ex eo capite deduxerunt. Eiusdem sententiæ authores sunt Bartol. columna penultima. & alij communiter, vt ibidem testantur Iason & Deci. in dicta lege. vt vim. tradit latissimè Ludouic. Carreri in practica crimina. dicto. §. sexto. numero. 41. & sequentibus. quòd si licet cuiquam amicum, agnatum, & patrem defendere ab iniuria inferẽda, vt impunè possit aggressorem occidere: mirum profectò videtur, quòd irregularis sit, qui absq; vlla culpa priuatum homicidium commiserit: quemadmodum hac in re superius admonuimus. Ad hæc accedit text. in. l. prima. §. item diuus. ff. de sicarijs. vbi Iurisconsultus re-

fert, homicidium illud esse impunitum, quod quis commiserit, aut perpetrauerit ad defensionem propriam, vel suorũ: aut ad propulsandam iniuriam à se, vel à suis. deinde in.d.c.dilecto.de sent.excõ.in.6. Romanus Pontifex tractans, & præmittens, licitum esse defendere proximum ab iniuria, & morte inferenda, etiam occidendo aggressorem, vtitur ratione illa, scilicet. Vim vi repellere licet: quæ quidem ratio, vt constat, communis est ad defensionem propriam, & ad defensionem proximi, & extranei. quod ibidem Summus Pontifex insinuat. ex quibus aduersus communem sententiam probabilius est, quòd non sit irregularis, qui ad defensionem necessariam alterius, amici quidem, consanguinei, vel extranei hominem occiderit. quam opinionem defendit, & probat Fortu. in dicta l. vt vim. ff. de iustit. & iure. colũ. 9. versi. sed aduerte. vnde apparet admodum dubiam esse Caietani sententiam, quam ipse retuli in.2. huius Relectionis parte. §.3. nu. 2. versi. sed si quis in bello iusto.

Sextò ex his oportet expendere, an ille sit irregularis, qui hominem occiderit, nõ ad propriæ vitæ necessariam defensionem, sed ad patrimonij, & rerum tutelam: & sanè probatur, hunc non esse irregularem: quia licitũ est cuiq; defendere pro-
6 prias res, & ad earum necessariam defensionem hominem inuasorem occidere: nempe eo casu, quo res aliter defendi non potest ab inuasione, & rapina. glos. Bart. & Doct. in l. furem. ff. de sicar. text. optimus ad hoc in l. prima. C. vnde vi. vbi Bar. idem Barto. & Docto. in dicta. l. vt vim. glo. in cap. primo. §. si quis hominem. de pace tenẽda, & eius violat. Angelus in. l. quoniam multa. C. ad l. Iul. de vi. Hippoly. in dicta. l. furem. num. 5. Regia. l. quarta. titul. de los homezillos. lib. octauo ordinat. l. itaque. §. lex duodecim tabularum. ff. ad l. Aquili. & in cap. tertio ad finem. de homici. vbi probatur, licitum esse occidere furem diurnũ, si se telo defenderit: igitur pro defendendis rebus, pro capiendo fure, nè cum eis aufugiat, licitum erit eundem occidere. Pertinent & ad hoc aliæ authoritates, quarum meminit Chassanæ. in cõsuet. Bur. rub. 1. §. 5. ver. quæro quomodo. nu. 11. quam opinionem esse communem ex iure ciuili asserunt Iason & Deci. in dict. l. vt vim. Ludo. Carre. in pract. rub. de homicid. §. 6. nu. 29. tradit Iason in princ. de actioni. nu. 69. imò idem erit iure canonico: cũ absq; expressa authoritate nõ sit cõstituenda differẽtia inter ius Canonicũ & ciuile: & præterea sicut iure ciuili licet cuiq; res proprias defẽdere, ita & Canonico: vt probat text. in dict. ca. olim. in. 1. de restitu. spol. licèt quidam præsertim Doct. in. c. secundo. de homici. per textum inibi velint constituere discrimen maximum in hac re inter ius canonicum, & ciuile: quos sequitur Ludo. Carrer.



Carreri. post alios in dict. §. 6. nume. 30. Rursus nec iure defendi poterit quod alij probare conantur, asseuerantes, hanc defensionem ad occisionem vsq; licitam esse in foro exteriori: non autem in conscientię iudicio: quemadmodum sensit glos. in princip. vigesimatertia, quæstio. tertia. notant Abb. Anania, & Feli. in dict. capitu. secundo. idem Abb. in capitu. olim. colum. septima. paulò antè citato. Nam si non licèt pro defensione rerum aliquẽ occidere in diuino iudicio, eadẽ ratione non licebit in exteriori humano. Nec enim occisio iniusta ex Dei & naturæ instituto, potest licere, aut licita esse in iudicio exteriori, vel lege humana. atque ita non placet hæc differẽtia: licèt Ias. & Deci. in dict. l. vt vim. eam sequi, & admittere videãtur. Sed & Caietan. in. 2. 2. quæst. 64. articulo septimo. multis ratiõibus contendit ostendere adhuc in animæ iudicio, & ex diuino instituto licitum esse hominem priuatò occidere pro rebus defendendis. idcirco qui contrarium ex nostris tenuerunt, habent non admodum sibi propitium Theologum magni profectò nominis.

Contrariũ sanè pluribus rationibus, & authoritatibus magis probabile quibusdam visum est: potest enim illud primò constitui, quod etsi sit hæc defensio rerum ad mortem vsq; iure naturali minimè licita: fieri tamen potuit, vt lege humana non puniatur in exteriori iudicio, saltem ordinaria pœna. atque in hunc sensum defendi posset quod est à plerisq; proximè nominatis ad notandum: Sed hanc defensionem iuri naturali contrariam esse, itidem iuri diuino, & humano, probatur in dict. capitu. 2. de homicid. quo in loco licita censetur occisio aggressoris ab eo commissa, qui se & sua simul defendebat. Igitur foret illicita, si tantùm sua & sic res proprias defendens hominem occidisset.

Huic opinioni adstipulatur ratio. text. in capit. tertio. de homicid. cuius hæc sunt verba ad interpretationem legum ciuilium, quibus permissum est, furem nocturnum occidi: non sic diurnũ. Hoc est enim, inquit, quod ait, si orietur super eũ sol: quia poterat discernere, quòd ad furandum, non occidendum venisset, & ideo non debet occidi. Hactenus Diuus Augustinus super Exodum capit. 84. quæstionum in Vetus Testamentum libr. secundo. ex quo deducitur, furem diurnum occidi non posse, nisi se telo defendat: quia manifestum esse potest, quòd non accesserit ad occidendũ, sed ad furãdũ. Ergo pro rebꝰ defendẽdis non potest quis licitè occidi.

Tertiò hanc eandem sententiam probat ratio quædam, qua S. Thomas vtitur. 2. 2. q. 64. artic. 7. ex Diuo Augustino in libr. 1. de libero arbitrio. quomodo, inquit, apud diuinam prouidẽtiam liberi sunt à peccato qui pro his rebus, quas contemni oportet, humana cęde polluti

ſunt. Igitur non licet pro rebus defendendis aliquẽ occidere. ipſe verò. S. Thomas huic rationi ſatisfacit aliam quæſtionem tractans in reſponſione ad primũ: dum inquit, authoritatem Auguſtini accipiendam eſſe in eo caſu, quo quis intendit hominem occidere pro his rebus temporalibus: nõ autem cùm quis hoc ipſum agit, vt ſe vel ſua defendat. Actus autem occiſionis ad conſeruationem rerum temporalium procedens, non videtur illicitus. Quia vnicuiq; licet res proprias defendere.

Quartò idẽ vlteriùs coadiuuatur ex eo, quòd vita hominis ſit pretioſior rebus. c. ſuſcepimus. de homic. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccleſ. dict. ca. 2. ſed ſicut tenetur quis ſeipſum plus diligere, quam alterum: ita par eſt, quòd teneatur plus diligere proximum, quàm propriſ patrimoniſ defenſionem, & tutelam: ac tãdem maiorem debeat habere rationem vitæ alteri?, quàm propriſ patrimoniſ. Fit igitur, non eſſe licitum pro rebus defendendis aliquem occidere. Hæc verò argumẽtatio fit à Fortunio in dicta lege. vt vim. eademque poterit ſequenti ratione confirmari.

Quintò: tenetur quis proprias res dare ad ſubueniendum periculo vitæ alterius: ca. paſce. 85. diſt. cum his, quæ in ſimili argumento adduci ſolent. quaſi teneatur præferre vitã proximi propriſs rebus: ergo tenebitur quis propriasres dimittere potiùs, quàm pro eis defendendis alteri vitam adimere. His verò rationibus Caiet. in dict. artic. 7. reſpondet concedens, teneri quem potiùs diligere, & rationem habere vitæ alterius, quàm propriſ patrimoniſ in communi: non autem in particulari caſu, quo cuiquam incumbit cura propriſ patrimoniſ: non autem vitæ alterius. Et ideo non tenetur quis omittere defenſionem rerum, quæ ſibi propriæ ſunt, & quarum particularis cura ſibi imminet propter vitam alterius conſeruandam: niſi itidem eſſet ſpecialis caſus, quo propter extremam alterius neceſsitatem incumberet eidem vitæ alterius tutela. vt in dict. capit. paſce fame morientem.

Sed & ad tex. in. d. c. 2. de homici. reſpõdetur, eã deciſionẽ ita intelligendã fore, non excludatur defenſio rerum abſq; periculo perſonæ: ſi quidẽ in priori illius capitis parte reſpõſum eſt, nõ licere cuiquã furem occidere, cùm abſque occiſione capi cum rebus poterat: poſteriori autem parte deciſum extat, licitam eſſe occiſionem, vbi fur aliter capi nõ poterat, quàm per occiſionem: & ideo dum ibi dicitur: te, & tua: eſt tex. ille intelligẽdus alternatiuè: te, vel tua: ſi aliter capi nõ poterat. hũc enim ſenſum ratio illius deciſionis inſinuat: ſenſitq; inibi Feli.

Præterea nõ oberit ratio deducta ex dict. capitul. paſce. quippe quæ obtineat cum alter eſt in extrema neceſsitate, quam ipſe vitare aliter non



non valet, quàm ex rebus meis, qui teneor tunc largiri eleemoſynam. At in præſenti quæſtione qui meas res inuadit, nullam neceſsitatem vitæ patitur, vt ipſe tenear dimittere proprias res potiùs, quàm eas defendens poſsim occidere inuaſorem. ſic ſanè Sylueſt, verb. excommunicatio. ſexta. quæſtio. nona. huic obiectioni reſpondet, ſequutus communem: & idem ſenſit Caieta. in dict. artic. 7.

Verùm quo facilius hæc quæſtio expediatur, oportet memoria repetere, quæ de furibus occidendis leges humanæ priuatis permiſerint. Extat etenim lex duodecim tabularum in hæc verba: Fur manifeſto furto prehenſus, ſi aut cùm faceret furtum nox eſſet: aut interdiu ſe telo, cùm deprehenderetur, defenderet, impunè occidito. Hæc ſunt legis verba. cuius quidem legis Cicero pro Milone meminit, ſic loquutus: quod ſi duodecim tabulæ nocturnũ furem quoquo modo, diurnum autem, ſi ſe telo defenderit, interfici impunè voluerunt. Eiuſdẽ meminit Quintilianus libro quinto oratori. inſtitutionum. capitul. 10. Hanc legem & iuriſconſultus commemorat in. l. 4. ff. ad legem Aquil. quo in loco Caius iuriſconſultus addit, permiſſum eſſe cuiquam furem nocturnum occidere, modò id cum clamore teſtificetur. Sic & Vlpianus in. l. furem. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. eandem legem ita interpretatur, vt hæc occiſio licita ſit ita demum, ſi parcere furi ſine periculo vitæ quis non potuit. Ex quibus apparet, furem nocturnum occidi poſſe, cùm ſine periculo ei parcere non poſſumus: deniq; vbi dubiũ eſt, an acceſſerit ad furandũ, an ad occidendum: ſicuti Auguſtinus interpretatur in dict. capit. 3. de homicidio. idem notat Fortunius in dic. l. vt vim. colum. octaua. ad hoc allegans glo. in dicta. l. furem. Et in dict. l. quarta. ex hoc aduerſus communem opinatus, non licere cuiquam alterum occidere pro rerum defenſione, etiam ſi is laicus ſit. Nã licèt pleriſq; placuerit, nõ licere clericis aliquem occidere pro rebus defendendis: laicis autem hoc licitum eſſe. ex capitu. ſuſcepimus. de homici. vbi Abb. hoc voluit. idem Abb. in cap. olim. in. 1. de reſtit. ſpolia. col. 7. Ludoui. Gomeci. in princip. de actioni. num. 54. tamen hæc differentia non ſatis conſtat: quia nullam veræ iuſtitiæ rationẽ habet: præſertim quia in dict. capit. olim. probatur, licitum eſſe clericis proprias res defendere, & in earũ defenſione aliquẽ occidere. quòd ſi cõſtiterit, nocturnũ furẽ acceſsiſſe ad furãdũ, nõ ad occidendũ: tunc non aliter poterit is occidi, quàm poſſet diurnus fur impunè occidi: quemadmodũ cõſtat ex præcitatis authoribus. Fur autem diurnus occidi poteſt, ſi ſe telo defendat: non alias: idq; conſtat in dict. cap. 3. & in dicta. l. 4. idcirco hoc in loco eſt obſeruandum, quanam ratione ſit ad vnguem intelligen-

gendum quod leges passim constituerunt, possescilicet furem diurnũ occidi, si se telo defendat.

Nos verò huius quæstionis resolutionem breuiter expediemus, planè veriti, nè quid ex varia doctorum sententia supersit, quod rem istam difficiliorẽ efficiat. Quam ob rem constituam aliquot casus, pietate quadam in hoc iudicium iurisconsultorum interpretatus.

Primus sit huius concertatiõis casus: cùm quis occiderit furem nocturnum, dubitans an ad occidendum, vel furandũ accesserit: & non potuerit ei parcere absq; propriæ vitæ periculo: hæc etenim occisio licita est apud deũ, & in iudicio exteriori, quẽadmodum ex lege duodecim tabularũ apparet, simul & ex diui Augustini interpretatiõe: idq; fatentur omnes, qui quæstionẽ istã disputarunt. Plato item dialogo.9. de legibus, inquit: qui noctu furem domum suã ingressum interemit, mundus sit. Hoc & Solonis lege licebat, auctore Demosthene in oratione contra Timocratem.

Secũdò proponitur ea species, in qua contingit homicidium ad necessariam defensionem rerum, nè ab aggressore capiantur: & profectò licitum esse hoc homicidiũ deducitur ex multis, quæ superiùs adducta fuere: præsertim vbi raptor bonorum defendentem res proprias à rapina vult offendere quo ad personam: quemadmodum frequẽtissimè accidere poterit. Nam cùm quis à raptore defendit res proprias: aut raptor abstinet à rapina: & tunc iam nullius occisionis adest casus: aut ipse contendit adhuc inuito defensore res rapere, non potest ea contẽtio expediri absq; iniuria, & damno personali defensoris: idcirco homicidium inde sequutum pertinet ad defensionem personæ, simul & rerum. Quæ quidẽ defensio ipso Fortunio teste licita est: idemq; notant Feli. in. d. c. 2. Deti. i. d. l. vt vim. num 31. & probatur ex eiusdẽ diui Augustini sententia in. d. c. 3. & iurisconsultis asserẽtibus post ipsam legem duodecim tabularũ, diurnum furẽ occidi posse, si se telo defendat. Hoc ipsum communis opinio probat, ac deniq; Caieta. in dict. arti. 7. text. optimus in dicto capit. olim.

Tertiò hinc deducitur, licitam esse occisionem raptoris, quoties ea fit ad defensionem rerum, & personę easdem res defendentis, quam ipse raptor offendere conatur, nè rerum occupationem impediat. Nec satis percipere valeo, quo pacto mihi licitum sit res meas defendere, nè à raptore capiantur: & sit illicitum pro rerũ defensione raptorẽ occidere. Nam si ipse defendam res meas, & raptor hanc defensionem impediat per vim, non potest id aliter contingere, quàm meipsum offendendo: quo casu iam defensio rerum ad defensionem personæ pertinet. Quartò ex his & illud manifestum fit, licere cuiquam furem diurnum res auferentẽ capere, & cum se defendentem à captione itidem occidere: hoc probat tex. in. d. c. 3. ex August. text. itẽ in. d. l. 4. ff. ad l. Aquil. & fatentur Fortuni. & alij. Siquidem iustè quis capit furem, & is iniquè se defendit: quam ob rem occidi poterit, si se defendat, nè in ea defensione occidatur ab eo is, qui eũ iustè capere conatur. qua argumentatione & ipse Fortun. vtitur.



Quintò inde constat sensus eius, quod Plato scribit dialogo.9. de legibus: dicens, licitũ esse cuiquã spoliatorẽ in defensionẽ suã occidere. Hæc etenim sentẽtia est intelligẽda secundũ ea, quę ad legẽ duodecim tabularũ hoc in loco tradita fuere.

Sextò ipse verè, ni fallor, opinor, furem nocturnum, vel diurnũ, de quibus manifestũ sit ad furãdum, non ad occidendum accedere, tunc occidi posse, cùm seipsum defendit telo, nè capiatur. Occiditur enim tunc ea ratione, nè volentem eum apprehendere ipse fur occidat. Quę omnia constant ex his, quæ paulò antè tradidimus.

Septimò, vt discrimẽ furis nocturni à diurno constituatur, infero: nocturnum furem posse occidi nõdũ expectato, an se velit defendere, nè capiatur. forsan enim propter noctis tenebras nõ posset hic conatus cedere in cõmodum, & vtilitatem, nec in tutelam ipsius, cuius domũ fur nocturnus aggressus fuerit: & deinde propter audaciam eius, qui forsan ad occidendum, domum alterius aggreditur: de quo præsumẽdum nõ est, quòd sit permissurus, se tutè capi: idcirco eius occisio licita censetur, nisi posset ipse fur absq; periculo capi, vel posset quis ei parcere, nullum ex hoc salutis dispendium subiturus.

Octauò apparet, diurnum furem, qui capi posset tutè, quiq; non se defendit telo, occidi non posse licitè. constat enim, hunc ad furandum, non ad occidendum accessisse: & ideo, nisi se telo defendat, timẽdus nõ est. tutè enim potest eius captio tentari: facillimè enim fures capi solent cùm deprehenduntur, quippe qui animo sint timidi admodum.

Nonò, si rectè, & penitissimè tractentur quæ modò ex Iurisconsultis adduximus, dubium erit quod Syluester notat verb. excõmunicatio. 6. q. 9. cuius verba subijciam. si tamen nõ me inuadit, & tamen rem meam tenere neque, nisi occidam: putà quia fugit in equo meo, quẽ aliter habere nequeo, nisi illũ sagitta occidam, fortè non licèt mihi in conscientia occidere: nisi vt dicam limitando dicta Panormi. quanuis etiam dici possit, hoc casu non esse contra legem Dei, aut naturæ occidere. quia quotidie de licentia principis mouentur arma pro temporalibus. Hactenus Syluest. cuius posteriorem opinionem ipse opinor falsam esse. siquidẽ hic fur telo non se defendit, nec nocturnus est, nec alium aggreditur: imò fugit: igitur occidi licitè non potest.

Imò ipse Syluest. verb. bellum. 2.

§.7.hoc in casu censet contrahi irregularitatem à clerico, qui homicidium hoc commiserit.

Decimò non est prætermittendũ etiam præmissa communi sentẽtia non licere, nec licitum esse quenquam occidi pro defensiõe rei, quę modici valoris sit: quemadmodũ notant Mathesilanus notabili.135. Abb.& Felin.in dicto capi.2.Iason & Gomeci.Insti.de actioni.in princip.nume.55.Hippoly. in dicta. l. furem.numero octauo.ff.de sicar. argumento textus in lege. si ex plagis.§.tabernarius.ff.ad legem Aquiliam.quæ sententia maximã æquitatem habet.

Vndecimò ad propositam huius constitutionis interpretationem ad notandum est, esse nihilominus irregularem clericum, qui pro necessaria rerum defensione hominem occiderit.quod, vt quibusdam placet, probatur in capitu.secundo. de homicid.& in capitul.suscepimus. eodem titul.atque ita tenent Panormita.& Docto. capitulo secundo. Nicolaus Plouius de irregularitate. regula.37. Sylvester, verbo, bellum. secundo.§.7.Maria.Socin. in capitu. ad audientiam.de homici. numero quadragesimo. Gonsalus à Villadiego de irregularitat.capit.de percussore.columna decimaquarta. quorum opinio videtur maiori, ac frequentiori doctorum calculo recepta. Hæc verò sententia non probatur in dicto capitulo secũdo, quod superius ostendimus in versicu.sed & ad text. multò minùs in dicto capitulo, suscepimus. quo in casu maximus contingit defensionis rerum excessus: cuius equidem ratione non potuit illud homicidium nec ob defensionem personæ, aut rerum necessariam, & moderatam à culpa excusari: saltem ea, quæ sit sufficiens ad irregularitatem: vt gl. Abb.& Docto. ibidem tradidere. quam ob rem hæc opinio communis non potest habere certam authoritatem ex prædictis iuris Pontificij decisionibus.

Postremò igitur mihi magis placet, non esse censendum irregularem.eum, qui ad necessariam defensionem rerum, furem, aut raptorem occiderit his in casibus, quibus ea occisio iure licita sit, iuxta ea, quæ modò distinximus. quam sententiam existimo probari ex eo, quòd hoc homicidium priuatum sit, & nullam culpam habeat: ex quo nulla oritur irregularitas: secũdum ea, quæ non semel hac in Relectione probauimus.& præterea, quia occidens aggressorem ad defensionem mistam personæ & rerum, irregularis non est: capit.2.nec occidens furem nocturnum, cui sine periculo parcere non poterat: capit.3.nec itidem occidens furem diurnum, qui se telo defendit: vt in eodem capite constat. His etenim casibus non cõtrahitur irregularitas ex priuato homicidio, sicut nec in multis alijs, maximè in his, quihac constitutione continentur, non alia ratione, quàm



quàm quòd ipse occidens nullam habeat, nec contraxerit culpã in hac priuata occisiõe. quãobrẽ vbi defensio rerum iustam, ac licitã faciat occisionem priuatam: consequẽs erit minimè contrahi irregularitatem.

Hæc de irregularitate ad huius constitutionis intellectũ olim Salmanticæ publicè dictauimus: quæ & nunc prælo committimus, benignè, ac facilè nostram sentẽtiam mutaturi, si quid à iure deuiũ viris doctrina & eruditione præstantibus visum fuerit.

Vale feliciter Lector candide.

Relectionis Finis.

SALMANTICAE,
In ædibus Dominici à Portonarijs, Sacræ Cathol.Maiestatis.Typographi.
M. D. L X X I.

# Index rerum maximè notabilium quæ in hoc opere continentur: cuius. a. priorem paginam. b. posteriorem denotat.


A

ABortioni qui causam dedit est irregularis atque ibi multa de criminis huius pœna. fo. 49. b. col. 1. & sequent.

Aduocatus in causa sauguinis an præmissa protestatione efficiatur irregularis? fo. 64. a. co. 2.

Animus occidendi an consideretur vbi vulnus mortiferum non est & tamen vulneratus ab alijs occiditur. fol. 46. a. col. 2.

Assasinium quid. fol. 31. a. colum. 1.

Auxilium præstãs homicidio an sit irregularis. fol. 43. a. col. 2.

B

BAptismus an tollat irregularitatem ex bigamia vel homicidio ante contractam. fol. 18. b. colum. 2.

Bellum iustum, vel iniustum an efficiat quem irregularem & an clericus possit pugnare propria manu. fol. 50. b. col. 1. & 2.

Bigamia quid sit & vnde originem duxerit. fol. 15. b. colum. 2.

Bigamus quis dicatur & quot modis hoc vitium dicatur. fol. 16. a. col. 1. & seq.

Cum bigamo solus Roma. pontifex dispensare potest. fo. 18. a. col. 1.

Bigamus non est qui à seipso vitiatam vxorem duxit. fol. 17. a. colum. 2.

C

CAnonici regulares nominis ambitiosi accusari videntur à Lud. Viue. fol. 5. a. colu. 2.

Chirurgus clericus an sit irregularis. f. 56. b. col. 1.

Clerici quare prohibentur accusare absque protestatione. fol. 62. a. col. 2.

Confirmationis sacramentum bis assumens vel conferens vtrùm fiat irregularis. fo. 10. a. co. 2.

Concubinarius notorius sit suspensus quo ad se & quo ad alios ante pœnitentiã. fo. 13. b. col. 1.

Conatus qualiter sit in atrocioribus puniendus. fol. 27. a. col. 1.

Consilium quando irregularitatem inducat & quid quo ad alias pœnas commissi criminis. fo. 41. b. col. 2.

D

DE his qui sibi virilia amputarunt. fol. 7. a. colum. 2.

Delictum ex quo fuerit sequuta publica vtilitas an sit puniendum. fo. 26. a. col. 2.

Defensio iure diuino & humano licita est: nec imputatur homicidium ex ea. fol. 2. b. col. 2.

Defendendo se irregularis non est qui aggresso rẽ occiderit ne mẽbro mutilaret. fo. 73. b. co. 1.

Defensionis modum excedẽs non punitur pœna extraordinaria. ibid. col. 2.

Defensionis alterius causa qui hominem occiderit an sit irregularis. fol. 75. a. col. 1. & 2.

Dispensare quis potest cum corpore vitiatis. fo. 9. a. col. 2.

Dispensare quis possit super irregularitatẽ contracta ex homicidio voluntario. f. 51. a. col. 2.

Dispensare potest episcopus super homicidio voluntario occulto. fo. 53. b. col. 1.

Dispensat solus papa cum homicida casuali. folio. 53. a. col. 2.

Discus quid sit & de eius ludo. fo. 57. b. col. 2.

Dormiens an sit irregularis si hominem occiderit. fol. 69. b. columna. 2.

E

EBrius an incurrat irregularitatem si hominẽ tempore ebrietatis occiderit. fol. 67. b. colum. 1. & sequent.

Episcopus vel sacerdos an possit esse delegatus principis secularis in causa criminali. fo. 65. b. colum. 2.

Euentus per accidens quãdo imputatur. fol. 58. a. col. 2. & sequent.

Eunuchi an sint irregulares. fol. 8. & 9.

Eunuchorum differentia. fo. 8. b. col. 1. & 2.

Expositus an sit promouendus ad sactos ordines. fol. 10. b. col. 2.

F

FOetus quando dicitur animatus. folio. 49. b. columna. 2.

Filius presbyteri occultè genitus an sine dispensatione promoueri possit. fol. 52. a. col. 1.

Furiosus ante furorem crimen committens vtrũ in furore possit puniri. fol. 66. b. col. 2.

Furem diurnum si se telo defenderit occidere licet. fol. 75. b. col. 1.

Furem nocturnum faciliùs licet occidere quàm diurnum. fol. 77. a. col. 1.

Fur diurnus si se non defendit occidi non potest. fol. 78. a. col. 1.


Homi-

H

HOmicidium quid sit & de homicidio volũtario.fol.22.b.col.2.
Homicidium non punitur pœna ordinaria si de fecerit animus ad occisionẽ & quomodo hic animus colligatur.fol.37.a.col.1.&.2.
Homicidium à pluribus commissum an omnes constituit irregulares & homicidas.fol.43.b.colum.2.
Homicidium committendum quis potens impedire an fiat irregularis.fol.46.b.col.1.
Homicidium an imputetur cõsanguineo cuius causa perpetratum fuit.fol.47.a.colũ.2.
Homicida voluntarius potest renuntiare beneficio pendente accusatione.fol.53.b.col.2.
Homicidium casuale quid sit fol. 55. a. colum.1.
Ex homicidio casuali oritur irregularitas cum distinctiõe operis liciti vel illiciti quæ hic traditur latius quam à doctoribus.ibi.a.col.2. & sequent.

I

IGnorantia excusat ab irregularitate.fol.66. a. colum.2.
Infans an teneatur de homicidio & quid de minori ætate.fol.69.b.col.2.
Inquisitores hæreticæ prauitatis qua ratione excusentur ab irregularitate tradentes reos iudici seculari.fo.65.a.colũ.1.
Irregularitas quid.fol.4.b.col.1.&.2.
Irregularitatis etymologia. fol.5.a.col.1.
Irregularitas iure tantùm humano põtificio statuta est.fol.5.a.col.2.
Irregularitas nulla in casu constituenda nisi iure pontificio id expressum fuerit.ibi.b. col.1.
Irregularitas mentalis an possit contingere. fol. 6.a.col.2.
Iudæi officia publica minimè obtinere possunt. fol.20.b.col.2.
Iudęus tutor Christiani an esse possit. ib.b.co.2.

L

LAicus vel clericus absque protestatione criminali aliquẽ accusans irregularis est si accusatus à iudice occidatur.fo.62.a.col.1. &. 2.
Leonem vel vrsum aliamve feram quis habens domi an teneatur si ea hominem occiderit.folio.61.b.col.2.
Leuissima culpa vtrum sufficiat ad irregularitatem.fol.58.b.col.1.&seq.
Lex Scatinia in sodomitas.fol.15.a.col.1.
L.pompeia de parricidijs expenditur. fol.34. a. col.1.&seq.
Ludens illicitè cum fœmina prægnante irregularis censetur.fol.61.a.col.2.
Ludus proijciendi lapides licitus est teste Homero.fol.57.b.col.2.
Ludi causa exercendarum virium clericis permissi sunt.fol.58.a.colum.2.

M

MAleficia quo in sensu fine & proposito distinguantur.fol. 24.a.col.1.&.2.
Mandatum tacitum homicidij facit quem irregularem.fol.39.a.col.1.
Matrimonium quid apud infideles.f.19.b.col.1.
Medicus imperitus an teneatur de morte ægroti vbi multa de medicis.fol.55.b.colũ.1.&seq.
Membrum quid dicatur.fol.71.a.colũ.2.
Membrum alterius efficiens ex percussione debile vtrum fiat irregularis.fol.72.a.col.2.&sequent.
Mortem fuga qui vitare valuit & aggressorem occiderit fit irregularis.fo.74.a.col.2.
Mutilatio membri æquipollet homicidio quo ad irregularitatem.fo.72.a.col.2.

N

NEminem licet occidere pro defensione rei modici valoris.fo.78.b.col.1.
Neophytus quis dicatur.fol.21.a.col.1.
Neophytus non est recipiendus ad officia secularia.fo.20.b.col.1.
Neophyti an sint ad ordinis sacramentum admittendi.ibid.

O

OCcidendi voluntas etiam perfectissima nõ contrahit irregularitatem. fo.27.a.co.2.
Occulta crimina quando efficiant authorem irregularem.fo.51.b.col.2.
De opera licita vel illicita ad casuale homicidiũ multa aduersus canonistarum communem distinctionem.fo.60.a.colũ.2.

P

PAlestræ Ludus clericis concessus est.fo. 58.a. colum.2.
Percussorem fugientem qui occiderit irregularis fit.fo.74.a.col.2.
Pœnitentia solennis irregularitatem cõfert. fo. 11.a.col.1.
Pollutio nocturna dormientis per se peccatum non est.fo.70.a.col.2.
Pollutio nocturna quando inducat abstinentiam à celebratione & cõmunione Eucharistiæ.Ibid.b.col.2.
Primus motus sensualitatis non est peccatum. ibidem.
Protestatio accusatoris etiam animum habentis quòd reus occidatur eum liberat ab irregularitate.fol.63.a.col.2.
Protestatio accusatorem excusat,etiam si iudex iniquè reum morti tradiderit.ibid.b.col.1.
Protestatio non prodest accusatori vbi reum accusauit pro furto.fol.64. a.col.1.

R

RAtio constitut.si furiosus.fol.66.b.colũ.2.
Ratihabitio criminis non commissi nomine ratum habentis an sit peccatũ mortale aut veniale.fol.41.a.col.2.
Ratihabitio in delictis quid operetur. folio. 40. a.colum.1.
Ratihabitio homicidij an efficiat quem irregularem.fol.39.b.col.1.
Reges diuinam & humanam curam gerebant. fol.3.a.col.1.
Rebaptizatus irregularis est.fol.9.b. col.1.
Religioni summũ Imperium cessit. fol.3.a.col.1.
Religionis professio bigamiam non tollit. folio 20.a.colum.1.

S

SAcerdotũ dignitas apud ethnicos.fo.3.a,co.1.
Sacerdos qualis esse debeat.fol. 6.b. colum.1.
Simoniæ crimen an efficiat quem ipso iure suspensum ita vt celebrans sit irregularis.fol. 15. a.colum.2.
Sodomita testamentum facere non potest. fol. 14.b.colum.1.
Sodomita an sit irregularis si ante dispensationẽ celebrauit.ibi.col.2.
Spheræ Ludus apud Homerum exponitur ad Iulij Pollucis interpretationem aduersus Erasmum.fol.68.b.col.2.
Suspensus ab officio per quem actum irregularis efficitur.fol.11.b.col.1.
Suspensio facit ministrãtem irregularem quando à iure vel ab homine fit propter delictum quo ad se & quo ad alios in foro exteriori. fo. 12.a.colum.2.
Suspensus ob corporis vitium non fit irregularis.ibid.b.col.2.
Suspensus ex eo quòd ante legitimam ætatem promotus fuerit.ibid.b.col.2.

T

TEstimoniũ in causa criminali qui dixit etiã præmissa protestatiõe fit irregularis si ex eo mors fuerit illata.fol.64.b.col.2.
Ob tutelam honoris proprij vitam alteri adimere nec Christianæ religioni nec bonis moribus conuenit.fol.74.b.col.2.
Ob tutelam rerum & patrimonij quis hominẽ occidens an sit irregularis.fo.75.b.col.1.

V

VEneni præparatio aut ipsius propinatio animo occidendi contingens an sit puniendа morte non sequuta.fol.33.a.col.2.
Vitiatus corpore quando sit irregularis. fol.6.b. col.1.&.2.
Voluntate distingui delicta quomodo sit intelligendum.fo.23.b.col.2.
Vulnere quis lethali affectus ab vno: deinde ab altero occisus, quem facit homicidam ? folio 44.a.col.1.
Vulnus mortiferum ab vno tantùm illatum an omnes præsentes conflictui efficiat irregulares, puniendique sint pœna extraordinaria? fol.45.b.col.1.
Qui vulnerauit non mortiferè an teneatur de morte sequuta ex imperitia medici?fol.48.a. colum.1.

¶ Finis huius Indicis.

# Loca quæ ex iure & communi & Regio in hoc opere explicantur notabilius.

## Ex iure regio.


PRagmatica Regum Catholicorum Fernandi & Elisabeth. L. 85. fol. 14.b,col.2.
L.4.tit.3.lib.8.ordi.fo.20.b.colũ.2.
L.6.titu.24.part.7.fol.21.b.colum.2.
L.3.titu.20.parti.7.fol.30.a.colum.2.
L.50.titu.vlti.libr.8.ordi.fol.33.b. colum.1.
L.styl.5.7.aduersus Homicidas fol.45.b.colũ.2.
L.5.titu.8.part.7.contra ebriosos.fo.67.a.col.2.
L.8.titu.31.part.7.fol.69.b.colum.1.


## Ex iure ciuili.


L.cum vir nubat.C.de adult.folio.14.b.col.2.
L.is cuius.§.vlti.ff.de testa. fol.15.a.colum.1.
L.vlti. C.de Iudæis.fol.20.b.colũ.2.
L.quoniam multi.C.de hæret. fol.22.a.col.2.
L.quisquis.C.ad.l.Iuliam maiest.fo.29.b. col.2.
L.vnica.C.de rapt.virg.fol.30.a.col.2.
L.is qui cum telo,C.de sicar.fol.33.a.colum.1.
L.Pompeia.de parricid.fol.34.a.col.1.&.2.
L.qui occidit.§.vlt.ff.ad.l.Aquil.fol.48.b.co.2.
L.duodecim tabularum contra fures. fol. 45. b. colum.1.


## Ex iure canonico.


CAp.is qui.de sent.excõ.in.6. fol.5.b.colũ.1.
C.ad audientiam.de homicid.ibid.col.2.
C.si celebrat.de cler.excom.fol.12.a.col.1.
C.cum pridem.§.1.de renun.fol.14. col.1.
C.si quis viduam.&.C.1.33.dist.fo.16.b.col.1.
C.1.de homicid.in.6.fol.31.a.col.1.
C.vlti.de homi.in.6.fol.37.b.col.2.
C.significasti.de homi.fol.44.b.colum.2.
C.Petrus.de homi.fo.47.b.colũ.1.
C.sicut.de homici.fol.56.b.colum.1.& fol.61. a. columna.2.
C.dilectus.ibidem.fol.56.&c.
C.exhibita.de homic.fol.57.a.colum.2.
C.continebatur.de homici.58.a.colũ.2.